ELECTA JURIS FEUDALIS,

Queis interiora ejus & receſſus abditiores ſubinde perquiruntur, viſuntur, excutiuntur, &c.

Auctore

HULDERICO EYBENIO JCTO,
IN ILLUSTRI HASSORUM LUDOVICIANA,
JURIS PUBL. & FEUD. ANTECESS. &c.

GIESSÆ HASSORUM,
Typis & Sumptibus JOSEPHI DIETERICI HAMPELII,
Acad. Typogr. Ordin. *ANNO M.DC.LXIX.*

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI
ac DOMINO, DOMINO

LUDOVICO VI.

HASSIÆ LANDGRAVIO,

PRINCIPI HERSFELD. COMITI CATtimeliboci, Deciæ, Ziegenhainæ, Niddæ Schaumburgi, Yſenburgi ac Budingæ, &c. &c.

PRINCIPI ET DOMINO
MEO CLEMENTISSIMO.

AD Te venio, SERENISSIME PRINCEPS, DOMINE CLEMENTISSIME, veniâ humillimè *petitâ* &, ita ſpero, impetratâ; pectore, vultu, manu, ad ſinceram ac ſubmiſſiſſimam tanti PRINCIPIS venerationem unicè intimeque compoſitis. Quid autem rei afferam, ad genua,

Digitized by Google

ab adorabundo depoſitum tranquillô lumine cõtueri Serenit. T. haud dedignabitur. *chartaceum* eſt *volumen*, mole pretiôque omni exiguum; curas ac meditationes nonnullas inſcriptas continens, queis *clientelarum* ſeu *militiarum jus noſtras, feudale* vulgò vocamus, hîc illic polire magis atq; exaſciare conati ſumus. Sublimis autem T. Mansuetudinis ſacra limina attingere audet, nullô quidem meô nomine vel jure; Sed Tuô, Serenissime Princeps; deinde *ſuô* quoque. Tuo: quoniam vel T. Serenitatis propriũ eſt, in tuo, *Patriæ* Pater Auguste, productum ſolo: vel T. Serenit. debitum, ab officio profectum Tibi, Domine *Indulgentiſſime*, multiplici nexu obnoxii ſervi. *Suô*; ex quo mores *legesq;* recenſet, uti *fide armisque* funditus conſiſtentes; ita nemini temerè, quàm Principi in *bellicoſiſſima Chattorum* ſeu *Heſſorum* gente, ab ipſo *Marte* (*Heſo* vett. Germanis dicto: cujus appellationis veſtigium in V. Dienſt-Tag/ qs. de Hees- vel de Hies-Tag/ *dies Martis*, forſan & in *monte vicino*, de Hies- vel

Diens-

Dienſberg/ aliisque extat.) caſcum hodieque repetente nomen, latè dominanti conſecrandas, & quidem proprio quôdam jure fatôque. Quo neſcio an acciderit, ut vix quicquam in *hoc genere* elimatum aut præclarum, niſi feliciſſimis *Haſſorum* PRINCIPUM auſpiciis, edi hactenus potuiſſe videatur. eminent hîc *Herm. Vulteji* & *Gothofr. Antonii* p. m. utriusque *Conſiliarii* & *Profeſſ. Haſſiaci*, illius in *Academ. Marpurg. Pro-Cancellarii*, hujus in *Gieſſ. Cancellarii*, tract. feudales. *Noſtris* utique ad talem laudem quo plus deeſt, eò impenſius præluſtria melioriſque ominis auſpicia ambiendi cauſam nobis fuiſſe facilè intelligimus. Juris denique, quod fauſtô ſtabiliqúe *fidei* & *armorum* connubiô quaſi procreatum, qualicunque etiam commentatiunculæ quod aliud quærendum tutelare Numen, quàm Divi *Philippi* MAGNANIMI, ARMIS inclutiſſimi Herois, ac Divi *Ludovici* FIDELIS, FIDE in DEUM & Imp. laudatiſſimi Principis, MAGNA SOBOLES atque in his cæteriſque virtutibus HERES EX ASSE? Quòd ſi poſtremò & mei-

meimet mentionem aliquam ſubjicere fas eſſet; *Haſſos* fuiſſe dicerem & attenderem, qui, præ cœteris Germanis, ſolertiæ & artis *militaris* inſignisque *fortitudinis* præconium ab ore hoſtili promeruerint: *Chaucos* autẽ, qui ingenuã illam vocem: *nullos mortalium FIDE aut ARMIS ante Germanos eſſe*: in Theatro Rom. emiſerint *interpretesq́;* adeò *Teuton.* virtutis in ipſa Roma egerint. Aſt ex ea gente, quæ *Chaucos* nacta majores, oriundus ego, quem *Sereniſſima* T. CELSITUDO dignum habuit aut gratioſum potiùs, cui, poſt *Inſtitut.* nec non *Canonici juris cathedras, juris* hujus *feudalis ſ. fidelis* publ. *Interpretationem* credi cedique juſſit. Factum id tribus ab hinc quaſi ſemeſtribus; quorum noviſſimô levia hæcce, inter occupationes ſat graves, opere verè tumultuario, mihi enata ſunt. Quæ SERENISS. V. CELSITUDINIS ut ut planè indigna ſacris obtutib', tot tamẽ titulis nominibusq; propria debita ve, benigniſſimâ fronte acceptum potentiſſimôq; brachiô defenſum iri, ſubmiſsè confido. Cœtera humillimis precibus

Tacit. de mor. Germ. c. 30. & ſeq.

Idem. lib. 13 annal. c. 55.

cib. rogitans, velit SERENIT. T. me, devotiſſimum ipſius ſervum, clientem obſequentiſſimum, laudumque ejus incomparabilium, quà captus viresque ferunt, Interpretem atque præconem indefeſſum, PRINCIPALI ſuo favore gratiaque perpetuò clementiſſimè amplecti ac fovere.

DEUS verò Opt. Max. TE ſervet, SERENISSIME PRINCEPS, pium, inclutum, felicem, Auguſtum, FIDELEM, MAGNANIMUM! Hæc vota ſunt de plenô manantia corde, ſemperque erunt,

DOMINE CLEMENTISSIME,

EXCELSISS. T. SERENIT.

Servi humillimi

Hulder. Eybenii.

Digitized by Google

NOMINA
Generoſorum, Nobiliſsim. & Clariſsimorum
DNN. RESPONDENTIUM,
&c. Eô ordine, quo quisque diſputavit, collocata.

1. *Henricus Wilhelmus Grashoff*, Quedlinb.
2. *Gothofredus Felo*, Sueten ſ. March. *Bis.*
3. *Nicolaus Michaëlis*, Stralſund. Pomer. *Bis.*
4. *Johann Chriſtoph. Limbach*, Gothan. *Bis.*
5. *Arnold Hinrich Engelbrecht*, Hannov.
6. *Chriſtian Perner*, Martisb. Miſn. *Bis.*
7. *Melchior Ludwig Weſtenholtz*, Hannov. *Bis.*
8. *Adam Ernſt* Senfft à Bilſach/ Eq. Bavar.
9. *Johann Friderich Muffel ab Ermreuth*, Eq. Franc.

(*)

Digitized by Google

CAPUT I.

§. I.

IUris noſtri in *privatum* & *publicum*, *Canonicum* & *civile* &c. tralatitiæ ſunt & ubivis decantatæ diſtinctiones. Qui idem illud in *Feudale* & *Allodiale* partitus ſit partiendumvé cenſuerit, haud temerè reperies, nobis utique videre non contigit. utcunq; rem ipſam facilè largiar agnoviſſe pleroſque, nomine *juris civilis* ſtrictiùs (eôque ferè in ſenſu quò aliàs & *Prætorio* opponi ſolet) acceptô, quod *allodiale* diximus, efferre ſolitos. neq; nunc arduum quicquam aut perquiſitu difficile hîc credi velim delituiſſe.

Quemadmodum ergo Imperator de *jure privato* acturus, in *Inſtit. ſuis* diviſionem juris in *privatum* & *publicum* præmittit: *§. 4. Inſt. de I. & I.* ita & nos, de *Feudali* acturos, diviſionem, eamque itidem ab *Objecto* petitam, in jus *Feudale*, de feudis, & *Allodiale*, de allodiis tractans, haud convenit omittere. Neque enim una ſpecies ſeu poſitio abſque altera, ſaltem indicatâ & leviter cognitâ, rectè atque ordine intelligi poteſt.

Sed novum, ais, & vel noſtrâ confeſſione inauditum prope eſt *juris Allodialis* nomen. Quid v. inde? an-

Digitized by Google

non *Feudalis juris* appellatio & ipſa aliquando nova fuit? equidem illô tempore, quô *vocabulorum*, quos Felix Malleol. *Canon. Tigurin. c. 30. Dial. de Nobil.* vocat, *poſitores floruerunt*, non vivimus; rem tamen, quæ adeſt & de qua dicendum, quàm maximè poteſt aptô vocabulô enunciare, tàm integrum, quàm utile neceſſariumque eſt. Denique *feudi* prius an *allodii* verbum auditum ſit, ſuô locô diſpicietur. interim quô jure modôque *bona allodialia*, non ſecus ac *feudalia*; eodem *jus Allodiale*, cum *Feudale* dudum dixerimus, dicere, quid vetat?

§. II. *Jus feudale eſt jus civile ſ. pars juris civilis, quo utimur, de feudis & ad ea pertinentibus agens.* Dicimus *de feudis &c.* Iſtâ enim *objecti*, circa quod verſatur, *qualitate peculiari* à reliquo jure civili potiſſimum differt. ſc. eadem ratione *jus teſtamentarium*, quo de teſtamentis, *tutorium*, *emphyteuticum*, *criminale*, *dominicum*, *militare*, *nuptiale*, *maritimum*, *navale*; quo de *tutoribus*, *emphyteuſi*, *criminibus*, *rerum dominio*, *militia*, *nuptiis*, *rebus maritimis & nauticis*, tractatur, vocare poſſes, nec nunquam vocari videas. Pleræque tamen *hæ appellationes*, ſecus ac illa *juris feudalis*, utpote uſû protrita & familiarior nobis reddita, neſcio quid ingrati aut ſordidi minusque conveniens ſonant ac præ ſe ferunt; utut vetuſtatis exempla nec *ipſis* deſint. Notæ ſunt *leges teſtamentariæ*, *judiciariæ*, *ſumptuariæ*, *agrariæ*, *munerales &c.* itidem ab *objecto* Romanis olim dictæ, ſc. de *teſtamentis*, *ſumptibus*, *agris*, *muneribus &c.* perlatæ: &, quod propius accedit, *jus Senatorium*, de Senatu & agendis in Senatu tractans, dixere veteres, idem illud, quod Plinius *8. Epiſt. 14 juris publici* non ſpeciem, ſed *partem*, diſertè appellat. Imo ipſa

pſa juris *publici* & *privati, ſacri & profani* ſeu *divini* & humani nomina ex diverſis objecti qualitatibus hauſta, & aliis atque aliis juris noſtri partibus impoſita ſunt. *Germanis* denique iſtud loquendi genus, atque adeo varia juris capitula ab *objecti* ratione diſtinguere & denominare, uſitatiſſimum & velut propium eſt. Ita dicimus Policey-Müntz-Ehe-Kleider-Tax-Cancelley-Gerichts-Zoll-Schul-Stipendiaten-Kirchen-Juden-Ordnung- Item, Wald-Waſſer-Jagt-Berg-See-Dieck-Sielrecht. ipſumque hoc noſtrum jus Lehnrecht / iſtô nomine dem Landrecht h.e. *juri Allodiorum*, quæ verbo Land/ pro quo majores, ni fallor, Oede dixerunt, *vid. infrà §. 10. & c. 4.* hodie ſignificantur, opponi ſolitum. Aliter res ſi haberet, & *jus Feudale* non *pars*, uti eſt, ſed *ſpecies* juris civilis eſſet, præſto foret, quo JCtos illos Reformatos, quibus *juris utriusque* cognomen, ob alterius, nempe *Canonici*, imperitiam, nuper denegatum ivit D. Paul. Voët. *in cap. 6. de uſu jur. Civ. & Can. in Belg. &c.* juvare, & nihilominus, *Feudali* noſtro in vicem *Canonici* ſuffecto, *juris utriuſque Doctorum* axioma adſerere liceret. Nunc v. quorſum illud? profectò non *perduplices* tantum *Doctores*, quo elogiô Fr. Wilhelmus de Studgardia (M. Wilhelmus Holderus) *in mur. Exenter prol. p. 3.* Piſtorium ſuum ridet, fieri ſe velle, ſed *centiesduplici* in jure titulos Docturæ ambire ſeſe Candidati noſtri, de binarii numeri, beyder Rechten/ ratione (quod genus quæſtionibus vexari eos ſolere ſcribit Dn. Tabor nuper hujus Acad. Cancell. *ad 1. F. 1. p. 8.*) percontantibus, reſpondere deberent. Equidem ſi *cauſa efficiens* ſpectanda, de quo etiam Dn. Tabor *d. loc.* jus Pontificium, ſaltem in terris Proteſtantium, utpote in

A 2 quibus

Digitized by Google

quibus *cauſæ effic.* ratione ſeu *quat.* à Papa conditum, jus non eſt; nihilo plus, imò minus quàm *Feudale*, ad *binarium* iſtum *numerum* conferret.

§. 3. Anne v. *definitio* propoſita eô laborat, quod genus *remotum*, non proximum continet. quâ causâ jus hoc definire *jus civile non ſcriptum* aliquando & nos maluiſſe fatemur. nunc aliud placet, aut potius probatur. quod vir eruditiſſimus Ludov. Vives *in præf. comm. ad D. Auguſt. lib. de Civ. Dei* ſcribit, *multa nunc*, inquiens, *mihi vera, certa, explorata, videntur, quæ ſi diutius contingat vivere, non modò ambigua per ætatem videbuntur, ſed forſan etiam falſiſſima*; neſcio an huc traducere fas ſit. Quantum ad rem ipſam, jus feudale æque ac reliquum *Civile*, partim *ſcripto* partim *non ſcripto* conſtare, quis ignorat? Imo ſunt, qui hujus Prudentiæ *nomotheſiam*, in hanc & *dicæopediam* totâ illâ diſtributâ, duobus hiſce, quorum neutrum juris non ſcripti pars eſt, puta *Principum conſtitutionibus & reſponſis Prudentum*, omnem concludunt. & Pomponius *mediæ prudentiæ jus*, quod *ſine ſcripto* venit, compoſitum à prudentibus, *propriâ* aliquâ *parte* non appellari, ſed communi nomine *jus civile*, ait *in l. 2. §. 5. de O. I.* At iſti *noſtrum*, non tàm ovum ovo, quàm ſimile eſt.

§. 4. *Scripti* verbum in ſenſu *juridico*, cætera improprio & non primigenio, quo ſc. *voluntate factis* non verbis *patefactâ*, (conſenſum *tacitum illiteratumq;* vocat Gellius *11. N. A. 18.*) decernere quid ſeu conſtituere ſignificat, quoq; juri appoſitum iſtud conſuetudini opponit; *vid. l. 2. §. 4. ff. d. O. I. §. 11. Inſt. de R. D. l. 10. l. 32. pr. l. 35. ff. de LL. l. 9. C. eod.* hactenus accepimus. *Oratores* autem, loquimur cum JCto *in l. 3. de Vſurp.* ad verborum

verborum conſignationem, ea & *ſtabilia* & *viſibilia* (verba ſunt Gilberti *in Cantic. ſerm. 47. alleg.* à Theoph. Rayn. *p.1. de bon.& mal. lib.cret.1.) reddentem*, manuque ſcriptoris factam plerumque, referre ſolent. & hoc ſenſu Germani *jura ſcripta* interpretantur beſchriebene Kayſerliche Rechte / ſive leges de cætero ſint, ſive conſuetudines; ſive manu exaratæ literæ, ſive formis & metallo ſeu typis, novæ artis impreſſoriæ beneficio, excuſæ. non ſecus ac *librorum* & *foliorum* appellationem, ad volumina noſtra uſitata eorumque pagellas membraneas & chartaceas, de corticibus, philyris & foliis arborum nec hilum licèt continentes, jampridem translatã conſtat *l.52.ff.de Leg.III. coll.* Salmuth. *ad* Panciroll. *p.2. memorab. tit.13.* Martin. *in* Lex. *Philol. voc. Liber.* privati tamen Doctoris vel alterius libros, quamvis conſuetudinum quarundam notitiam complexos, haud licuerit eodem beſchriebener Rechte dignari elogio: cum his non æquè credatur, ac libris noſtris feudal. publicam fidem dudum commeritis.

§. V. Quid ergò attinet, jus noſtrum vel *reſpectu originis*, quo plurimâ parte ex conſuetudinibus coaluerit, vel *quia denominatio* à *potiore rectiùs* fiat, *non ſcriptum* nuncupandum contendere? vocabula ſunt notæ & ſigna rerum: illa igitur ab his diffidentia qui comminiſcitur, hominibusque obtruſum it, aut ludere amat aut fallere. non aliter loquamur ac ſentimus, edicamus, quod res eſt; maximè doctrinam alicuius rei ſolidè exacteque tradere profeſſi. *Ius publicum* Germanicum auſpicia ſua conſuetudini ferè unicè debet, prout iisdem gaudebat natalibus priſcum *jus Senatorium*, inde *mos Se-*

natorius Plinio *in ſup. cit. Ep. 14.* dictum; illud tamen eâ causâ qui per *jus non ſcriptum* definire voluerit, nemo hactenus inventus eſt.

§. VI. Annon *ſanctiones Imperiales* conſuetudine *potiores* privatorum hominum ſchedis qualitercunq; deſcriptâ? illæ vero in libris feud. aut alibi extantes, ſi formam ſpectes, ipſa ſunt D. Vulteji verba *1. F. 1. n. 3.* non conſvetudines ſunt, ſed *jus ſcriptum*. Et ita ergo ab hac *potiore* ſui parte denominetur potiùs jus noſtrum cum Hunnio, Carpzovio, Schradero, aliis. Quos quidem deſerendi & impugnandi cauſam, neſcio, quam æquo judici ſint approbaturi, qui libros Feud. non tantùm *Friderici I. Imp.* juſſu collectos, ſed ab eod. quoque recognitos & pleniſſimô Conſtitutionum Imperialium robore donatos fuiſſe, docent: eam in rem Goldaſto imprimis *in præfat. p. 1. ſect. 2.* der Reichs Satzungen §. dieſe *in fin. ubi totidem ea verbis traduntur, deinde* Radevico *2. Hiſt. c. 2. & 7.* Günther. Ligur. *lib. 8. de geſt. Frid. p. m. 409. edit. Reuber.* Sigon. *lib. 12. de Regn. Ital. &c.* laudatis. Nam ſi *talis* (quælibet enim ad hoc non ſufficit) confirmatio leges ſ. *jus ſcriptum* non facit, nihil faciet; nec Inſtitutiones, Codex & Pandectæ noſtræ jus ſcriptum erunt. Sed cum apud Radevicum, Güntherûm, Sigonium, ejusmodi quid non extare evidens, Goldaſti vero auctoritas hic nulla ſit; fidem narrationi illi, quam non habet, arrogare, noſtrum utique non eſt. Sanè Baldo, (qui *apparet*, ait, *quomodo juſſu Imperatoris fuit proceſſum & opus probatũ, & ideò pertinaciter deſinãt latrare deinceps &c.*) Alvarotto, Præpoſito, & aliis Feud. interpretibus à Schrad. *2. de Feud. p. 9. ſect. 3. n. 118. ſq.* & Dn. D. Tabor:

ad 1.

ad 1. Feud. 1. p. 13. laudatis, *add.* Caccialup. *in c. 1. d. Feud. cognit. p. 1. n. 15.* Gryphiander. *de VVeichbild. c. 50. n. 14.* confirmationem horum librorum non *primo*, ſed *ſecundo* ſeu *juniori Friderico* imputantibus, ſubſcribere mallem; & omnino ſubſcriberem, ſi Odofredus, quem ſolum ipſi teſtem advocant, quique Anno 1265. exceſſit ac proinde Friderico II. Imp. (Romæ An. 1220. die B. Martini coronato, ut ipſe, Odofredus notavit *ad l. privilegia. in fin. C. d. SS. Eccleſ.*) coævus fuit, vel in *auth. caſſa C. de SS. Eccleſ.* vel in alio loco, memoriæ id prodidiſſet. At verba Odofredi, quæ etiam Dn. Tabor *ad d. t. 1. p. 7.* ſed locô non indicato refert, ita habent: *ut unum ſciatis, quod* (Authenticum) *fuit compoſitum à Iuſtiniano, habet novem collationes. Poſtea cum venit Fredericus junior, miſit has conſtitutiones ad civitatem iſtam* (Bononienſem) *Doctoribus legum, ut aptarent eam ſingulis LL. ſub congruentibus titulis, & ita fecerunt Doctores, dum convenerunt in S. Petro, quia iſtam aptaverunt ad legem iſtam. Poſtea quid fecerunt? Dn. Hugolinus* (de Pratis; addit Caccial. *d. l.*) *poſt nonam collationem poſuit librum feudalem, & omnes conſtitutiones Frederici antiqui & junioris, & aliquas LL. Contradi (leg. Conradi) & vocatur 10. Collatio; ſed pauci ſunt, qui ita ordinate*, (h. e. ut feudorum liber, tanquam 10. collatio, poſt authenticorum librum collocatus ſit, & deinde tres Codicis libri ſubſequantur. Ita Caccial. *d. p. 1. in fin.*) *in ſuis libris habent.* Ecce de *confirmatione* ne gry quidem, imò ne quidem de *mandato Friderici II. Imp.* quô Hugolinus cæterive Dd. *conſtitutiones feudorum* ſub *congruentibus titulis aptare*, aut etiam in certos libros, Collationem 10. conſtituturos, digerere, juſſi fuerint.

fuerint. Inſimul quoque patet, inter verba Odofredi, uti ea ex noſtro Codice Edit. Lugd. de A. 1550. fideliter deſcripta jam exhibemus, & uti ab aliis, vid. Dn. Tabor. *d.p.7.* Panciroll. *lib.2. de clar. leg. interpret. c.17.* Præpoſ. Afflict. *in proœm. feud.* Caccialup. *d.p.1.n. 15.* Obrecht. *c. 1. de feud. n. 9 cùm. n. 6. in fin. melius rem propoſuiſſet.* adduci ſolent, ingens eſſe & in hanc illamvé partem magni momenti diſcrimen. noſtris tamen ex aſſe ferè conveniunt, uti ex Alvarotto recitat D. Strauch. *in Irner. non err. c.2. & ipſe* Bald. *d.l.* Nihil ergo dubitem, quod Fridericus II. libros hos approbaverit, cum Zœſ. *proœm. feud. n. 8.* commentum pronunciare fide omni hiſtoricâ carens. Sed reſtat *Frid. III. Imp.* quem novum Feudorum volumen, prædeceſſoris ſui *Sigiſmundi Imp.* juſſu, ab Anton. Meriputio de Prato vet. Doct. Bonon. compoſitum & 7. partibus 27. titulis diſtinctum, approbaſſe & promulgaſſe Jaſon, Haloander, Spigelius aliique nonnulli (quibus Claud. Coter. *lib.3. d.I. mil. c. 20. ibi: quô, patrum memoriâ, ad preces Collegii Bonon. à Dom. Friderico III. Rom. Imp. confirmata* ſc. jura feud. *fuerunt.* nos addimus) hactenus crediderunt, *vid. Nobill. & Cll. Amici* D. Struv. *c. 1. de Feud. aph. 7. n. 6.* D. Herman. Conring. *d. O. I. G. c. 33. ſub finem &* D. Eric. Maurit. *Diſſ. de libb. jur. n. 24.* qui quidem illum librum ex dono Auditoris cujusdam ſui nunc poſſidet, atque utinam propediem publici juris faceret. Confirmationem autem, uti merito in dubium vocavit D. Conring. *d. l.* ita ſubſecutam non eſſe, ipſis Antonii Meriputi verbis probat D. Maurit. *d. Diſſ. n. 25.*

Concludimus igitur, nullâ certâ ſanctione approbatos & promulgatos eſſe vel *libros Feud.* quibus utimur; in quo

in quo conſentientes habem' Thomam Cragium Scot. *lib.1.de Feud.dieg.6.*Gudel.*pr.Feud.n.4.&c.* add. Cranz. *lib.2.Saxon.p.43.* ibi: *& feudorum uſus non ab Imp.dati, ſed ab Oberto deſcripti uſum & obſervantiam meruerunt.* vel *Meriputianos*, aut, quod mallem; *Mauritianos* illos; vel quos utriſque vetuſtiores, ſub Saxonicis Imperatoribus ſcriptos, ſe habere dicit Marquard. Freher. *in not. ad Conſt. Carol. III. de expedit. Roman. lit. Q.* vel denique eum, quem à Bartolo Baraterio Placentino ex Meriputiano compendii factum Bibliotheca Duc. Mediolan. tenet, indice Jaſone *in præl ud. feud. §. quæ ſit cauſa materialis* Panciroll. *in d. l. 2. de Leg. interpr. c. 101.*

§. 7. Origo *Feudorum* unaque juris Feudiſtici antiquiſſima: ad Longobardos nec primos nec ſolos referenda, ſed ad Germanos quoque cæteros. quæ autem ſimilis inſtituti veſtigia ap. alias gentes comparent, nihil hic moramur. De cætero quod in libb. noſtris *Longobard.* & *Mediolan.* mores utramq; facere paginam, atque inde cæterarum gentium uſui ſe inſinuaſſe videmus; non alia causâ quàm ſcriptionis ejusque vi & commoditate factum, per eſt veroſimile. Ita enim aſſolet. patrum memoria conſvetudines de Unione prolium in Ord. Mogunt. tit. von Einkindſchafften / ſcripto receptæ; & ex eo hæc Ordinatio ubivis fere pro jure obſervari cœpit. Interim non eſt de nihilo, quod ex legibus Longobardicis, per Heraldum & Lindebrog. editis, interpretationem juris noſtri commodam peti poſſe exiſtimant. *vid.* Henn. Arniſ. *lib. 2. Rel. Pol. c. 2. ſect. 7. n. 59.* modo id ita fiat, ne diſpoſitioni *2. F. 1.* fraudi ſit.

§. 8. Quantum ad *vocis* originem, ea jam *feu-*

Digitized by Google

dum, jam *feodum*, jam *fædum* & *pheodum*; jam in maſculino *fædus*, *feudus*, *pheodus*, *phædus*; quandoque & *feoffum*, cui reſpondet Gallicum *fief*, ſcripta repetitur. Nec minor varietas in paronymis *feodatus*, *infeodare*, *infeudare*, *inpheodare*, *feoffatus*, *feoffamentum*, *jus feudale*, *feodaliter*, *feudatarius*, *&c.* vid. tabb. & chartæ antiquæ. Wenceslaus Brack in terminis juriſtarum:
Eſt *phædus* Lehngut/ eſt depactio Digniß (Dingniß) jus *feodi* Lehnrecht/ Bürgerſchafft civilitas exſtat. Arreſtare Strenen dic *inpheodare* Belehnen. *alleg.* à Goldaſt. *p. 3. Rerum Alam. in not. ad Conrad. Fabar. §. 4. add.* Beſold. *de nat. popul. p. 142.*

Feudi appellatio uti vetuſtior, ita hodie ap. nos à Curia pene receſſit, & ex ea, uti ex Brod *menſa* (Boden) *beudum* Lindenbr. Gloſs. *h. v.* factum *feudum* permanſit. ap. Anglos contra, teſte Seldeno *in Gloſſar. poſt. Hiſtor. Anglic.* in uſu eſt quotidiano. Obſervatum quidem verbum hoc in diplomate Ludovici Imp. de A. 866. à Beſold. *theſ. pract. lit. P. n. 21.* ab aliis in ſup. cit. Caroli III. conſtit. de A. 891. al. 881. Sed Ludovici diploma, quod integrum producitur in der Lindauiſchen Außführung *&c. p. 724. & ſeqq.* præterquam, quod in eo *feodi* mentio nulla, haud probatæ eſſe monetæ multis oſtendit Autor d. Lindauiſcher Außführung lit. Zzzzzz. Caroli III. Conſtitutio vel hôc ipsô nomine, quod in ea *feudi* extat nomen, tùm ipſi olim Frehero, tùm hodieque doctiſſimis viris ſuſpecta viſa eſt, ut alia taceamus, de quibus Dn. Conring. *de O. I. G. c. 17.* Bœcler. *de reb. ſecul. in Carol. III.* nobis enim properandum nunc eſt. Et quamvis Freherus non autographi tantum veritate, cujus ſolius eam in rem meminit

nit

Digitized by Google

nit Conring. *d.l.* ſed aliis quoque, ut videtur cauſis, dubitatione omni ſe liberatum à M. Welſero profiteatur, *in pr. comm. in d. Conſt.* poſtea tamen *in notis lit. Q.* tot annales, tot diplomata, tot veteres memorias, Friderici ſc. ævo anteriores, ſe perlegiſſe, aſt *Feudum* nunquàm, *beneficium* ſemper inveniſſe itentidem affirmat. Nam quod ſubjungit, apud Albertum Abb. Stadenſ. (videlicet *p. 148.* nam *p. 164. 197. & 210.* à Beſold. *d.l.* hactenus gratis indigitantur) in vita Henrici IV. occurrere: parum ad rem facere, quippe quod Albertus ipſius Friderici II. tempore vixerit, imò ei ſupervixerit, *vid. ad An. 1250. p. m. 221.* tranſmiſit vir ſummus. Nollemus tamen cum D. Bœclero *d. tr. p. 326.* in Friderici II. ætate ſubſiſtere; utut non liqueat ſatis, an ille ad ſolas *leges antiquas* hanc ſuam opinionem reſtrictam cupiat. Præ cæteris placet Seldenus, qui *ante annum 1000. in nullo monumento non ſuſpectæ fidei nomen feodi ſe reperiſſe, memorat. add.* Thom. Crag. *l. 1. de f. d. 7.* & ipſimet in literis inveſtituræ ab Archiepiſcopo Trevirenſi An. 1152. datis Comiti Sayn. *feudi* vocabulum offendimus, quamvis ſemel tantum, *beneficii* autem ſæpius. it. in tabulis An. 1198. ſcriptis ap. M. Mager. *c. 2. de Advocat. armata n. 81. add. c. ſeq. §. 1. alleg.*

§. 9. Cæterùm *feudi* vocem *ſimplicem* hactenus credidere tantum non omnes; non tamen primitivam, ſed vel à *Latinis* verbis *fungi, fœdus, fides, fundus, facere, advocatus*; vel à *Germanicis* (1.) Faide / Feide / Fehde Anglo-Sax. Foethe / bellum, gravis inimicitia. (2.) Föden / Füden / paſcere, alere; quod ap. Saxones inferiores hodieque in uſu, & à Græco πάω deducit Meric. Caſaubonus *in p. 1. de 4. ling. p. 324.* hinc noſtrum Futter / (Angl. Fodder /

infer. Sax. Foder) & Italorum *Fodrum*, quâ voce, exſtante quoq; *in Conſt. de pace Conſtant.* nec veteres Franci, Longobardi &c. abſtinuere. *vid.* Lindenbrog. *in Gloſſ. h. verb.* Spigel. *ad Günther. Ligur. lib. 9.* (3.) Voigt / Vogt. Pro coronide addimus nos *Græc.* & *Hebraic.* originis conjecturas à vocibus βοηθὸς, פוקד *Poget*, *Poket*, utrâque præfectum ſ. adminiſtratorem denotante & , uti Melancht. VVillich. Knichen. Höping. &c. viſum , etymo noſtri Germanici Vogt. de quo mox.

§. 10. Quæ nobis arrideat ex tot opinionibus, haud equidem magni refert ; paucis tamen exponam. Pro *Latina* originatione, quâ *feudum* à *fide* dicitur, cùm alia multa faciunt, paſſim noſtris obſervata, tùm inprimis *textus expreſſ. in 2. F. 3.* unde illam communis Feudiſtarum opinio jampridem tueri cœpit, receperunt & alii , inter quos Harsdorferus & Barthius honoris cauſa non tacendi. nec eſt, ut *rem Teutonicæ, nomen Latinæ* originis ſtatui quis miretur. quaſi verò id novum foret: aut non aliud ſuppetierit nomen Germanicum , nimirum Lehen / cui *feudum* tanquàm *latinum* (nam nec hodie feudi vocabulo aliter quàm *Romano* vel ſaltem Romanâ monetâ percuſſo utimur ; & rectè illud. Voſſius *lib. 1. de vit. lat. ſerm. c. 7.*) & ejusdem in lingua latina ſignificatus fuerit oppoſitum. Nos denique non ex vocabulo *fides*, puro & illibato relicto, ſed ſubacto prius & civitate Theodiſcâ ſeu Lombardicâ donato , atque in *Fe, foy, fou, fede* vel *fæde*, quorum derivata Gallis, *feal, feautè*, Anglis *fealtie* (iis, teſte Martinio, *feudum* ſignificans) *feaux, fealiter* (quod ex *feodaliter*, adverbium hoc eſt in Guilh. Brit. *lib. 8. Philipp. pr. 494.* notâ contractione, factum jurares) &c. migra-

migrare juſſo, derivandum arbitramur: quo & forſan reſpexit D. Conringius Feudi vocem *Italicam* dicens. *c. 17. de O. I. G.* ita Büchſen / Germanicum & recentius inventum, à Latino vel Græco pyxis, *vid.* Felix Malleol. *Dial. de Nobil. c. 30. fin.* indidemque voces *bombarda* & Sclopetum, eandem rem denotantes, prodierunt. ſic item Vogt ex Latino Advocatus, non ſec⁹ ac Toll (Zoll) ex *teloneum*, Pfrûnde / Pröve / ex *prabenda*, & inprimis Spitel ex *hoſpitale*, à majoribus efficta concinnataque omne extra omnem dubitationem poſitum.

Secundô velut in gradu placet derivatio à Germ. Vogt; maxime ex quo in multis veteribus chartis Voit / Voet / Vod / *conf.* D. Harsdorf. *D. 11. ſpecim. philol. germ.* ſcriptum reperi. inde enim ſunt Vordie / Vorde / & porrò Voithum / Voithum / quod ipſiſſimum noſtrum exprimere fœdum vel feudum videtur. hæc autem originatio, ſi primum ſtipitem ſpectes, itidem *Latina* eſſet, ſi non ulterius Græca aut Hebræa.

Ex aliis vocibus *noſtram* qui *componere* tentarint, præter Grotium, Loccenium & Seldenum novi neminem. Ille ex Fa / fe / bonis, *Gothic.* & od / ôd / poſſeſſione: iſte ex Feh / ſtipendium & hode / heod / ſtatus, conditio, *Angl.* Loccenium non improbare videtur Voſſius *d. c. 7.* in verbo *Feudi Gothicam* originem agnoſcens. Quid D. Struv. *c. 2. de Feud. §. 1. n. 7.* in Loccen. deſideret, non ſatis càpio. Germanis certè nihil decedit. Ode enim Saxonibus etiam priſcis poſſeſſionem ſignificat, ipsô Grotio teſte; addimus & hodie, ſaltem in compoſitis & derivatis, Kleinod / Einöde / Verôſen / Fá vel Fe autem eſt noſtrum Vech / pecus, vel, uti ſuperiores Germani efferunt,

Proleg. hiſt. Goth. Vand. &c. p. 73.

Explic. voc. feud. ſubj. Antiq. Suec. Goth. p. 164.

Gloſſ. ſubj. Hiſt. Angl.

Digitized by Google

Vieh/olim Fio/notante Lipſ. *3. ad Belg. Ep. 44.* unde Feegang / Feargang / ap. Grot. *Sup. cit. l. in verb. Goth. &c. p. 576.* Locc. *in Lexc. Sueo-Goth. p. 51.* uti enim Romani à *pecus pecuniam* dixerunt, omnia bona ſignificantem; ita ap. Majores noſtros ipſum Feh vel Feeres primum *mobiles*, poſt quoque *immobiles* denotare cœpit. prout quoque vocem Fiu / à Fio tractam, pecuniam *d. l.* interpretatur Lipſius & quod mirere, olim Yrffe / à quo hodiernum Erbe vel, ut Saxon. inferior. efferunt, Erve / (h. eſt, hæreditas, bona, fundi) itidem *pecudes* ſignificabat. Freher. in *not. ad Decal. Anglo-Sax. præcept. ultim. & ex eo* Guilielm. Sommer. *in not. ad Lipſ. d. l.*

§. 11. Quid ſi tentaremus od ôde/ idem cum noſtrate hode/ Hued/und Weide/ *paſcua*, vel ſaltem *hoc ab illo* eſſe, atque inde ex Fe & hôden) dat Veeh hôden) coaluiſſe verbum fôeden paſcere, idem illud, cui vocis *feudi* natales non paucos, præcipuè quidem *Martin. in Lexic. Phil. verb. Feudum* ſollicitè aſſerere, ſup. diximus. quorum nunc poſſent conjecturæ hiſce & firmari ulterius & cum Loccen. Grot. quodammodo conciliari. ſicuti enim ex *Fe* & *Od*, litera *e* locum mutante &, in ó ſeu ö, cum *o* q. coeunte, verbum illud foeden/föden/ paſcere, alere; ita *literis his* in loco ſuo permanentibus ex *fe* & *od*, *feod* & *feodum* noſtrum, cujus fructibus tanquam *fodro* h. e. (nam & hujus vocis uſum non minus ac *fee* ita productũ conſtat. Lindenbrog. & Spigel. *ſup. cit. loc.*) annona militari & ſtipendio alant & ſe exhibeant Vaſalli ſ. milites, concinnatum, omniaque ejusdem originis eſſe dicceremus. quid quod ipſa *feudi* vox pro *fodro* ſeu ſtipendio, ſalario; nec minus Germ. Lehen / etiam nunç ſumitur.

pecorum

Digitized by Google

pecorum fœcunda, &c. de Germania ſcriptum reliquit *lib. de mor. Germ.* Tacitus, *eaq́ſola & graviſſima opes ſunt. vid.* Cluver. *l. 1. de Germ. antiq. c. 18.* VVillich. *ad Tacit. d. l. c* 8. *§. 28.* Par *nominis* fortuna, ſi non major. quamvis enim *pecora* jamdudum *ſola & gratiſſima opes* eſſe deſierint: *earum* tamen locum quæ poſtea ſubiere pecoribus & gratiora & pretioſiora, priſcum priſtinumque pecoris nomen (fä/feod) retinuiſſe, modò conjecturæ non fallant, ex hact. dictis adparet.

Poſtremò *feudi* vocem nec *compoſitam* nec *derivatam* ſed primitivam eſſe, unus, quantum ſcio, putat Th. Crag. *1. de Feud. dieg. 9.* & à Borealibus gentib. uſurpatam pro mercede, quæ pro alimentis dabatur, & ab Inſubribus receptam retentamque auguratur. de qua ſingulari opinione ex ſuperioribus ſtatui in medium poterit.

§. 12. Nihil notius *feudum* alias *beneficium*, unde *beneficialis, beneficiarius, beneficiare, inbeneficiatus, &c.* vocari & hujus dictionis uſum multo quàm *feudi* antiquiorem, frequentiorem quoque fuiſſe olim, inſpic. modò *LL. Longobard. Capitular. Caroli M. & ſeqq. Impp.* Lindenbrog. *in indic. & Gloſſar. ad LL. antiq.* Freheri teſtimonium jam produximus. Sed & ſup. obſervavimus, Anglis dici *fealtie* à Gall. *feaux, feales*, q. feudales, Scotis ita appellatos, *qui certam mercedem pro ſervitio habent*, memorante Crag. *d. lib. 1. D. 9.* De Germanorum appellatione Lehen res notiſſima, deducta à verbis Verleihen/ leihen vel lehnen/ de quorum ſignificatu vid. *Diſp. ad Inſt. 2. p. 2. obſ. 4.* & communis forſan radix repetenda ab antiq. vocibus Britannicis ble/blehau/ *locum, locare.* Boxhorn. *in Lex.*

in Lex.Britann.lit. L. Præterea Alciatus feuda vocat *fundos beneficiarios*; Haloander & Coteræus *jura militiarum*; Bodinus *terram Salicam*: de quib. in *ſeqq.cc.*plura.

****

Annexa à Dn. Reſpondente.

I.

JUs *&* lex *in ſenſu, quo conferri ſolent accepta, differre videntur*, *quod* jus *ſignificet congeriem ſeu compagem plurium legum homogenearum*; Lex *autem notet unum aliquod Imperantis decretum ſubditos cum neceſſitate parendi morali ad finem civitatis dirigens.*

II. Inde etiam eſt, quod alio diviſionis genere dividatur jus *in* publicum *&* privatum, *alio* Lex. jus *dividitur ut* totum κατ' ἀναλογίαν integrale in partes: Lex *ut* genus *in* ſpecies. Lex *enim publica & privata, cum habeant objecta ſpecie differentia, etiam ſpecie different.*

III. Imperator in §. ult. de I.N.G.&C.pro Objecto *juris affert* Perſonas,res *&* actiones; *Tilem*: Diſp.ad ff.3.th.1. *ex Bald.*hominem; alii actiones humanas.*poſteriores, ſi inter objectum* quod & quo *diſtinxeris, nulla retitinet controverſia. Sed quomodo Imperatorem utriſq; conciliabimus? Diſtinguunt quidam Objectum immediatum & proximum, à mediato & remotiore: hoc eſſe actiones, illud tria iſta ab Imperatore allata. Poſſemus & ita hanc litem componere, ſi dicamus, per* perſonas *& res Imperatorem intelligere* jus perſonarum, *argumento rubr. tit.ſeqq. per* res, jus rerum *& per* actiones, jus agendi in judicio *& deinde concedamus, actus humanos eſſe quidem objectum juris, ſed*

non

non quat. motus ſunt ; ſed quatenus motus juſti vel injuſti argt. §.2. Inſt. de juſt. & jur. *jam autem totam illam actuum juſtiam dependere ex Principio eorum morali, jure, quod ſi in ſuppoſito adſit, ſequatur actus juſtus, ſin minus, injuſtus. Recte igitur p[illegible]ſiſſe Imperatorem & ſuo officio ſatisfeciſſe, quod, dum I[illegible]m efficere cupit, non agat de actu humano, de quo jam ſatis Ethicum egiſſe, præſupponit; ſed ſaltem de a-* ctus *ejus* Principio, *ex quo omnem moralitatem trahit. Cum autem illud* Principium *duplex ſit, aliud* actionum judicialium, *aliud* extrajudicialium, *hôc in* jus circa perſonam *&* circa rem *ſubdiviſô, patere in ſimul generalem Inſtitutionum libelli partitionem & connexionem.*

IV. Non placet novus in jure Methodiſta quod (1.) in part. Spec. ab initio ſuæ Methodi §.14. *qualitatem moralem in Potentiam agendi & neceſſitatem agendi dividit. Neceſſitas enim, non eſt qualitas; ſed oppoſitum qualitatis.* (2) *quod* §. 15. *ſubjectum qualitatis moralis facit perſonam & rem. Quid enim rei, quæ moraliter agere nequit, cum potentia moraliter agendi intercedet commercii: Nec exempla allata juvant; ſi enim equo legetur aliquid, dominium Rei legata non erit in equo, equus enim actus dominicos non exercet ſed in ipſo equi poſſeſſore.*

CAP. II.

§. I.

Feudi voce denotatur (1.) quandoque, ſi Joanni Covvello fides, ipſum oppoſitum, bona nempe *allodialia*, immobilia tamen, quæ ex quacunq; cauſa ſibi & heredibus quis tenet & ab alio non recognoſcit, atque eo in ſenſu magnæ Britann. Reges pleno dominio & abſoluto quæ tenent feuda appellari poſſe, *ipſe* addit, nobis ignota omninò & peregrina iſthæc ſignificatio, relinquenda proinde

—— *toto diviſis orbe Britannis*.

(2.) *ſtipendium* vel *ſalarium* pro opera militari vel alio officio, ut indè Vaſalli vel miniſtri ſuſtententur & exhibeantur: ſive ordinarium illud ſit, ſive extraordinarium, ex ſportulis collectum. Germ. Beſtallung/ accidentalien / Sportulen / Deputaten / Siegel-Urtheil-Schreib-Gelder / Tax nnd Tax-Gefälle / Cantzley und andere jura (juris vox hoc in ſenſu quoque accipi videtur in *l. 4. C. de litig.*) und Nutzbarkeiten/ꝛc. ſic in legibus Malcolini 2. *Reg. Scot.* (regnavit is Anno Chriſti 1004.) integra extant capita de *feodis* Cancellarii, Seneſchalli, Clerici *liberationis*, (hujus vocis inauditum ſignificatum attende, quô id denotat, quod Galli dicunt *livrée* q. d. Liverey oder

oder Gewandſchreibers / veſtimentis Domeſticorum Reg. & eò pertinentibus impenſis annotandis ac in tabulas referendis præfecti) clerici coquinæ Küchenſchreibers/ Mareſchalli - Vice-Comitis, Braſciatoris, Lardarii, factoris ignis &c. in quibus *feodorum* pro Sigillo, pro ſcriptura &c. expreſſa mentio. confer. Johann. Skenæ. *ad. dd. ll.* Malcolmi *c. 1. & ſeqq.* Thom. Crag. *l. de Feud. 7.* qui addit, *apud. Vett. rer. Francic. Scriptores in feudo habere nihil aliud eſſe quàm pro mercede vel mercedis nomine habere: & apud Anglos Scotosq́; in omnibus Scaccarii libris Cancellario, Theſaurario & cæteris coronæ officialibus ſummas, pro ſuo cuiq́; feudo. h. e. mercede, aſſignari.* & huc pertinent feuda noſtra Cameræ, Cavenæ, Soldatæ, Cancellariatus, Mareſchallatus &c. de quibus ſuô locô. ipſi hæc feuda the/Fee/ (quam vocem ab ἀφευδῶς vel à πίων dictam conjicit Meric. Caſaub. *p. 1. de 4. ling. p. 224. & 324.*) & ea tenentes *Feales* appellant: quomodo Sold / pro Angl. Fee/ & indè Soldner/ Doppel-Soldner/ Soldaten/ pro *Feales,* illud quidem eodem hoc anguſtiore & ad milites reſtricto ſenſu, nos dicimus. Sed an non Germanicum Lehen æquè patet latè? certè ſtipendia militum hodieque vocamus Lehnungen; mercedes *litorum* vel *liddorum* h.e. (Voſs. *2. d. V. L. S. 11.* & hodie in terra Brunſvic. ancillulam Lüt/*lita,* nuncupant.) famulorum ſeu mercenariorum, Lied-Lohn; quod pro inſcriptione domino emphyteut. ſolvitur, Hand-Lohn. Atque in genere Lohn / Belohnung (nam hæc ejusdem cum vocab. Lehen originis ſunt) quæcunque ſalaria, & ſportulas quoque, ſignificare conſtat. ſic in *Ord. Cam. de Anno 1495. tit.* eſt, von Sportulen unnd Belohnungen der Gerichts-

Perſonen ꝛc. in quo etiam cautum, daß von ſolchen Sportel-Geldern denen Kammer-Gerichts-Perſonen ihr Sold gefolget und außgerichtet werden ſoll. id quod poſteà mutatum. Denique Pfarr-Lehen / infer. Sax. Kercken-Lehen / & ſimpliciter Lehen apud nos ſunt, quæ Parochis *pro ſuſtentatione* (quibus ipſis verbis in *d. l. Malcolm. Reg.* feoda, quæ diximus, deſcribuntur.) zu ihrem Unterhalt / uti eſt in *Capitul. Leopoldin. art. 45.* aſſignata & latinè *beneficia* appellantur, propriô quaſi ſibi nomine; adeò ut iſtud integri Commentarii præſcriptum habeant, puta Fr. Duar. & Gregor. Tholoſan *de benef. Eccleſ.* interim *feudi* appellatio, vocis *beneficii* conſectaria licèt & æmula, ut *beneficiis* hiſce communicaretur, uſus noſter impetrari à ſe paſſus non eſt: quamvis vicinum *inveſtituræ* vocabulum ad beneficiorum Eccleſ. collationes jamdudum ſiverit traduci. *vid.* Meibom. *tr. de jure inveſtit. Epiſc. &c.* neſcio an illud idcirco, ne, quos beneficiis Eccleſ. mactos habet innumeros, iſtâ ratione Vaſallos quoque efficere ſuos felicius poſſit Pontifex Romanus. Certè Cardinalis Alexandr. ex verbo *beneficii*, in *feudi* definitione poſito, jamdudum intulit, Archiepiſcopos, Abbates & omnes Prælatos, pro eorum beneficiis poſſe dici Vaſallos Pontificis. *confer* Guerr. Piſ. Soac. *in prælud. feud. c 16.* Et ambiguitas hujus vocabuli, cùm Adrianus PP. ad Imp. Fridericum I. ſcribens collationem *Imperialis Coronæ* pro *beneficio* ſuo ei imputaret, quantas turbas dederit, Imperatore & Germaniæ Proceribus inſignem injuriam ſeu (uti verba habent Epiſcoporum Germ.) *dedecus & ſcandalum Imperii* id verbi interpretatis, conſtat & pluribus exponit Radevic. *lib. 1. contin. Otton. Friſing.*

ſing. c. 9. c. 10. c. 15. & ſeq. nec prius conſopiri lis potuit, quàm Pontifex ſplendidâ legatione ſecundùm miſsâ literisque ad Imp. datis, quas recitat Radevicus *d. lib. 1. c. 22. homonymiam* vocis *beneficii.* & quod eâ in priſco ac originario, non in noviter adſcito & peregrino ſignificatu pro *feudo* ſcil. uſus fuiſſet, explicando velut Grammaticum ageret. (3.) *Clientelæ genus*, quô prædium vel aliam rem alter alteri perpetuò utendam fruendam ita dat, ut hic illi & ille huic viciſſim fidem præſtet: *2. F. 23.* quæ demum ſignificatio hujus loci eſt.

§. 2. In hoc ſenſu feudum ſumitur potiſſimum tripliciter: pro *re* in feudum conceſſa, quò pertinent Synonyma in *cap præced. §. 12. in fin.* allata; pro *contractu* feud. & denique pro *jure* per contractum hunc & traditionem intervenientem *in re* conſtituto. Ita Dd. communiter, maximè veteres. Diſs. Vultej. VVeſenbec. Cujac. eosque ſecutus J. Schoner. VValtersh. *Diſp. 1. feud. th. 6.* contrarium, quod auctoritate deberent, rationibus evincere conati. *jus* autem intelligimus non modò quod *Vaſallus*, ſed etiam quod *Dominus* in re feudali habet: tam latè enim patere hoc verbum oſtendunt *text. in c. 1. II. F. 34. §. 1. II. F. 9. & 55. §. 1. in fin. I. F. 25. &c.* ſic itaque acceptum definiturus, *quaſi* vel *utilis dominii* aut *uſusfructus* notiones anguſtiores eſſe, quàm ut *generis* vicem explere queant, nullô negotiô perſpiciet. cæteræ verò *juris in re* ſpecies hactenus receptæ, ſervitus inquam, pignus, hereditas, poſſeſſio, cum feudo, præſenti quidem in re, commune nihil cùm habeant; unde & per earum aliquam feudum definire, quantum memini, (nam *ſervitus* feudi, quam Joan. Covvellus. T. Jones & ſi qui alii,

lib. 2. Inſt. Anglic. tit. 3. §. 1. & tit. de orig. ſervit. n. 15. afferunt, ad ſervitia vaſallorum, non huc, pertinet.) nunquam cuiquam in mentem venit; relinquitur ſanè, in nomine generis eſſe ſubſiſtendum, nec intercedendum adeò, quo minus & hâc parte jura noſtra, quod amant & ſecuturum prævidere vet. Llatores, *l. un. de condict. ex L. junct. l. 12. §. 27. ff. de inſtr. leg. §. 11. ibi.* ſæpe *mutari* h. e. *augeri* & minui ſolent. *I. de I. N. G. & C.* capiant *incrementum.* Et cur rei novæ, novos Auctores, eosdemque glorioſiſſimos majores noſtros, novumque nomen ſortitæ, novum inter tralatitias legibus Romanis proditas juris in re ſpecies & peculiarem locum invidebimus? quantum ad nos præcipuum daremus, vel talem ſaltem, qualem *Friſii Principes*, memorante Tacito, in *ſedibus Senatorum* Rom. ſibi ſumpſere. Aut cur parci hîc erimus ac ſuperſtitioſi, qui aliàs legum Rom. tractatores ſatis liberales & prope irreligioſos, ſi non agimus, agentes tamen ægrè haud ferimus. *13. Annal. c. 55.*

§. 3. Anne verò *jus domini & vaſalli* in re feud. ſi *junguntur*, plenam in re poteſtatem ſeu ipſum dominium conſtituunt? ita eſt, *vid. §. ult. Inſt. de uſufr. junct. II. F. 27. §. 3. II. F. 37. & 23.* & ergo per *dominium*, tanquam genus proximum, definiri debebat ipſumque *inter duos, quorum alter proprietatem habeat, alter uſumfructum, diviſum & peculiari quâdam mutuæ fidei conditione affectum.* Inde equidem, quia *feudum* diverſis rerum generibus, jure ſc. in re & obligationibus ſ. jure ad rem, conſtat, potiſſima difficultas; maximam tamen partem ceſſatura, ſi vel tanquam *contractum* conſiderare *feudum* & ad eam formam, qua *mutuum*, *pignus*, & alia itidem ex juribus in re & ad rem conflata entia juridica ſolemus;

lemus; vel quoque ſi domini & Vaſalli jus diſtinctè ac ſigillatim, vel deniq; per generale vocabulum *juris* (ſ. *negotii*) quo utitur VVillenberg. *D.1.feud.* § *4.* Obrecht. *1.F.4.n.24.ſeq.* Bocer. *de qual.Feud.c.1.n.14.* definire placuerit. & Vaſalli quidem poſſet, quòd ſit *particula dominii*, ita nunc malumus; cæterum & feudo ſic accepto *jus in re* pro genere multi aſſignant: D. Gothofr. Anton. p. m. hujus Acad. Cancell. meritiſs. Bocer. Reuſner. Mæſtert. D. Struv. Zoeſ. D. Feltman. &c.) *quam Vaſallus in re feud. habet cum pleniſſima ejus utendæ fruendæ poteſtate & fidei præſtandæ vinculo.* de jure domini *infrà ſuô locô.* Diximus *particulam dominii*: hoc enim, uti Grotius ait, cætera in re jura virtualiter comprehendit, ipſaque nihil aliud ſunt, quàm particulæ quædam dominio avulſæ ſeu decerptæ: id quod proinde, his in locum priſtinum reverſis, conſolidari & redintegrari dicitur. *confer. p.1. Diſp. ad Inſt.6. obſ.5. n.18. ſeqq.*

§. 4. Si quis *feudum*, prout ea vox aliter atque aliter accipitur, rem immobilem, conceſſionem vel *contractum* velit definire, JCtos laudatiſs. VVeſenbec. Schrader. Surd. Coteræ. Bronchorſt. Crag. &c. ſecutus, adverſarios nos minimè experietur. nonne ſuſtinemus, qui *doti* jam *cauſæ* vel *tituli*, jam *rei*, jam *juris in re* accommodant genus. nec mutant, qui movent; atqui dominia & jura in re non conceſſionibus & contractibus, non nudâ voluntate induci. *l.3. pr. ff. de O. & A.* Eos autem mutuum cogitare velim & pignus; ut de pacto hypothecæ, de legatis item, fideicommiſſis &c. ſileam. non tamen conventioni, quà tali, ſeu *ſubſtantiæ obligationis*, contra *d. l. 3.* ſed intercedendi *traditioni* aut vicem ejus explen-

Digitized by Google

explentis *legis*, illius *rerum omnium regina*, operationi id expenſo feramus.

Tacit *d. l.* §. 5. Quando Friſii, quos *ſup.* §. 2. *fin.* diximus, è loco ſuo digreſſi inter Patres conſederunt, ***nullos mortalium*** armis ***aut*** fide ***ante Germanos eſſe***, exclamârunt; præ omnibus aliis ***duo*** illa in laude & cultu Germanis eſſe proteſtati, & horum etiam in feudo ſeu jure feudico, ***fœtu ſuo gemino germano***, veſtigia tam evidẽter impreſſa cernimus, ut ipſam feudi ***formam*** ſimulque originis rationem (ex quo enim forma ſe materiæ inſinuat, res oriri incipit.) non aliunde rectius arceſſamus. Equidem ***fidem*** eſſe ***veram eſſentiam*** feudi & unicum fundamentum, omnes in ore habent. *text. in II. F. 3. 6. 23. fin. 47. & 58.* &, quam ***fides*** hæc exigit, ad ***arma*** ſpectat aliterque quàm ***armis*** vix utiliter præſtatur opera, cuſtodia ac, honoris vitæ bonorumque tutelam continens, ferendi auxilii ratio. *I. F. 5. & 21. II. F. 6. 7. 24. §. 2. & 26. §. licet. jung. l. 16. ff. ad SC. Silan.* adeò ut hoc officio non ***Franci*** vaſalli, *arg. 2. F. 48.* imò non plenè liberentur, qui feudum refutarunt, *II. F. 38. A. B. C. 14.* Nec quiſquam dubitat, ex ***belli*** & ***militiæ*** cauſa totum feud. inſtitutum profluxiſſe: *II. F. 52. p. 53. 54. & 55. Conſtit. Caroli III. Imp. à Frehero ed. & ſup. cap. 1. alleg. Soac. in prælud. feud. cap. 5.* D. Struv. *cap. 1. de feudis. aph. 3. n. 3. & ſeqq.* & ad illam cauſam in hoc jure accommodatum nihil non reperies. Sic olim non niſi iis, qui ***belli gerendi*** poteſtate gauderent, ***feuda*** concedere, nec niſi iis, qui ***bello idonei***, unde hodie-nunc vocabula, Mann/Ritter/Ritterſchafft durant, ſuſcipere eadem licuit; de quo ſuis locis. ſic vaſalli ***milites*** dicuntur, feuda ipſa ***jura militiarum***; ſed & illi ***fideles*** quoque audiunt,

& hæc

& hæc à *fide* vel ipſum accepere nomen, &c. ubivis ſimul priſcorum Teutonum, quibus uti *fides* in pectore, ita ſemper in manibus *arma* (adeò ut quæ maximè *imbellia*, conviviorum puta funerum & nuptiarum ſacra, nec tamen ipſis *inerma* tranſigerentur. *arma* pro *toga*, pro *arrha*, pro *voce* & *calamo* denique eſſent. *V.* Tacit. *c.14. de M.G. ibiq. Alth. VVillich. Lentul.* Cluver. *1. Germ. antiq. c.43.* & proinde *armorum cupidos*, *armisq. innatos & innutritos* veriſſimè Germanos, Gern⸗Männer vel Werre⸗Guerre/ i.e. Krieges⸗Männer / dixerit Seneca *lib.1. de ira c.11.*) atque una in *utroque* unice ponebatur gloria, ut luculenter emicare ingenium inſtitutaque dignoſci, palam ſit.

§. VI. Hinc ſanè acu rem tetigiſſe nobis videntur, qui ex *Comitatu* & *Principatu* vet. Germanorum, de quibus præclarè Tacit. *d. lib.* feudorum incunabula repetunt. conſiderentur modo Taciti verba *inc. 13. & 14.* quibus gemina ap. Ammian. Marcel. Polyb. Jul. Cæſ. Plutarch. & Valer. Max. excerpta à Cluver. *d. lib. 1. c.48.* conferantur dehinc Principes illi cum *Senioribus* noſtris, *Comites* cum *vaſallis* & nominatim *illorum* liberalitas, munificentia, *epulæ* & *largi apparitus*, quorum poſtea meminit Tacitus, *pro ſtipendio cedentes*; *horum* verò Sacramentum, fides, periculorum ſocietas, reverentiæ, honoris ac defenſionis officia &c. nihil deeſſe apparebit præter agros & prædia. ſed hæc non æquè grata, imò inutilia propè iis, qui fugiebant agriculturam, *pigrumq.* & *iners* exiſtimabant, *quod ſanguine poſſes, ſudore parare.* Tacit. *d. l. c.14. ibiq.* Bernegger. *quæſt. 77.* Willich. *c.35.* Habemus igitur hic in media Germania vera & genuina feuda; aſt ex eo genere, cujus hodie ſunt *feuda Cameræ, Cavenæ, Sol-*

*&c.*Germ. Seß-Kammer-Lehen/*confer.ſupr.§.1.* & quæ uti olim, quando prædia infeudare nondum in uſu; *propriiſſimè* talia fuerint, ita nunc, uſu illô (quô proprietatem hanc vocabulorum metimur) converſo, *impropria* habentur & nuncupantur. Nec abludit *Comitum vox*, eam enim Romani hic non credo ex Germ. Grave/ (à *canitie*, Graue/Grave; uti à *Senectute*, ſenior, ſeigneur, i.e. dominus, ab *ætate*, Alterman/ & ab ejusdem *majoritate*, Major, Meyer/ quod nomen judici multis in locis hodieque tribuitur, v.g. Halberſtadii &c.) Judex; de qua Comitum ex plebe etiam legi ſolitorum ſpecie à noſtris hiſce diverſiſſima Tacit. in præced. *c.12.* & paſſim Noſtri: ſed ex German. Geſell/h.e. *Sodalis, Comes*, (ſic *Comitari* dicimus Geſellſchafft leiſten) vel Gaſall / uti priſcos, à Gaſinde, nunc Geſinde/ Gaſindiis h. e. ſervientibus, Camerariis, vid. Cluver. *l.G.A.c.8.* Lindenbrog. *Gloſſar. h.v.* derivatum, pronunciaſſe arbitror. quod ipſum eſſe noſtrum *vaſall* vel Guaſall/ & res & verba pervincunt: firmatque liquidò, quòd hi *comites* à Marcellin. Polyb. & Cæſ. *ll.ſupr. alleg.* etiam *ſodales, ſatellites & familiares*, vocabulis ad exprimenda noſtratia Geſinde/ Geſell/ quaſi ſelectis, denominantur. Nec alios fuiſſe veterum Gallorum ſ. Francorum *Soldurios* à Sold/*feudo Soldatæ* ſeu *ſtipendiis*, utpote quæ & *Comites* habuere, ſic dictos: *adhib.* Connan. *2. comm.9.* Molinæ. *tit.1. in Conſuet. Pariſ. §.11. ſeq.* Cluver. *d.c.48.* dicendum videtur. de quo aliàs plura. Progreſſu autem temporis invaluiſſe in populis Germ. veroſimile eſt, ut rura quoque & jura in feudum darentur & eo quidem ordine, qui memoratur in *I.F.1.* quô textu ſatis refelluntur, qui *Rom. militiis* & *prædiis ſtipendiariis* feudorum natales acceptò ferunt.

COROL-

Digitized by Google

COROLLARIUM.

F*Elo Felonis* eſt in *Hiſtor. Matthæi Pariſ.* obſervante Voſs. *lib.2. de V. L. S. c.7.* & ap. Anglos hodieque in uſu frequenti: ita iis, αὐτόχειρ, *felo de Se* dicitur. Covvell. *2. Inſt. Angl. 12. §. 4. & 4. tit. 18. §. 16.* Poſſet tentari nova vocis compoſitio ex Fe & Lan ſeu Lon pro laſſen/ quaſi dicas *bonorum commiſſionem* vel pœnam pecuniariam, effectum pro cauſa: prout è contrario in *pr. I. de ſuſp. Tut.* pro *pœna* vel accuſatione *crimen* poſitum videtur; & Bueſſe cùm *pœnam* tum *pœnitentiam*, quam in malis ſaltem excitat pœna, nobis ſignificat.; Cæterùm ap. vett. Germanos, imò & Romanos, crimina *pecoris* Vee / damno lui ſolita fuiſſe conſtat. V. Jod. Willich. *in Tac. Germ. c. 28.*

Derivatio vulgaris à fehlen/ fehler/ ad rei, quam *felonis, feloniæ*, vocabulo concipimus, magnitudinem & atrocitatem exprimendam vix aſſurgit. Fehler/ enim leve erratum ſeu peccatillum eſt. notum Apoſtoli dictum: wann jemand von einem Fehl übereilet wird ꝛc. quamvis in his talibus *uſus* regnet & plus valeat, quàm dictionum origo: qui etiam fecit, ut Miſſe= vel Unthat graviſſimum quid & immane nobis ſonet cum tamen, ſi vocum partes in ſe nativam vim ſpectes, clementius quid & mollius quoque, ac in verbo Fehler/ percipi fatendum ſit.

Provincia Velau in Geldria à pecore, Vee / cujus iſthic ingentem eſſe multitudinem ſcribit Guicciardin. *in p. 3. deſcription. Belg.* dicta proculdubio; aut ſi à Fee/ pecunia, Velau vel *Felou* idem erit, quod Reichenau in Suevia, quæ Abbatem habet Imperii Principem. à quo etymo, ſi non *nomen* eſt *Dn. m. reſpondenti*, ſaltem *omen* eſſe velim & in vicem gratulationis nunc exopto.

CAP. III.

§. I.

FEudi *diviſiones* à *cauſarum* & *effectuum* diverſis qualitatibus plerique repetunt atque hunc in digerendiis iis ordinem obſervant potiſſimum *Obrecht. Roſenthal. Vultej. Arum. Niell. Gædd. Bocer. Beuther. VVillenberg. Reuſner. D. Struv* inprimis *Guerr. Soac. &c.* multi etiam *reſpectibus* (quos vocat Obrecht. *r. F. n. 3.*) iſtis inſuper habitis, & ſine tali ordine procedere malunt & velut *adnumerare* varia feudorum genera, jam autem à IV. ad CX. numerum pervenere; *vid.* Giſan. *c. 4. n. 13.* Reuſner. *D. 2. n. 2.* Ludvv. *c. 1. de Diviſ. Feud.* inter quæ tamen *minuti aris*, nec *probi* ſatis, haud paucas ipſi agnoſcunt.

§. 2. Sed, cuilibet ut ſuô cætera licet abundare ſenſu; notandum tamen & I. inſpiciendum, *quid* ſit, quod dividatur? *Sit* inquam; non, *dicatur*. *Dici* enim ſeu vocari *feudum*, quod dividitur, omnes nôrunt, inque eo nulla difficultas. Aſt hæc *dictio* & *contractum*, & *jus in re* & *rem ipſam* ſignificat. Prout ergo vel in *primo* vel in *ſecundo* vel in *tertio* ſignificatu acceptum definire volunt; tantùm verò non omnes in *ſecundo* atque adeò *per jus* aliquod *in re* definiunt; ita quoque acceptum definitumque, par eſt,

divi-

dividere eosdem voluiſſe credi. Interim hujus rei parum memores non paucos videas, qui cùm v.g. per *jus* definiverint feudum, diviſiones ſubjiciant, in ipſam quidem *rem* feudalem, at in *feudi jus* nullô modò competituras, planiſſimum hoc, ut unô exemplô nunc illuſtremus, in illa diviſione, quâ *feudum*, quod pro *jure* ſumptum niſi *incorporeum* eſſe nequit, in *corporale* tamen & *incorporale* tribuunt. Vult. *1. F. 41. n. 24.* Schoner *D. 1. th. 19.* qui in dubio corporeum præſumi addit, & Goz. ad VVeſenb. Decian. Menochii authoritatem allegat, idoneô quamvis & penitius examen laturô argumento nullô ſubnixam. 2. Quæ à Dd. cumulantur, *nonnullas fractiones* potiùs, uti Cicero *2. de Finib.* vocat, quàm diviſiones eſſe; nimirum ex tenuioribus qualitatum accidentiumque differentiis evolutas &, ſi quô, vix tamen ſpecie, ab invicem ſecretas. *Vid.* Zaſ. *p. 2.* Weſ. *c. 2.* Vultej. *d. c. 8. n. 2. ſeq. confer. in ſimili* C. I. A. *lib. 41. tit. 2. l. 5.* Bicc. *ad l. 3. §. 5. ff. de acquir. poſſ. p. 1. n. 26. ſeqq.* minuti æris diviſiones jure diceres, & ita diviſurientes iis ſimiles, qui cùm ducatis queant & thaleris, albis malunt & crucigeris facere ſolutionem aut recipere. 3. Diviſiones tàm *primarias*, quàm *ſecundarias*, attributi per *ſubſtantias* vel alia *attributa*, hic cogitari debere. *Conferr.* Guer. Piſ. *prælud. c. 44.*

§. 3. Partes autem *integrantes*, in quas abit ſeu ex quibus ceu *totum integrale* conſiſtit feudum, ſunt *duo jura in re*, proprietas ſ. proprietatis aut *directum dominium*, & *utile* ſeu q. *dominium*; illud Seniori, hoc Vaſallo competens; & *duo jura ad rem* ſeu *obligationes*, quarum *unâ* Vaſallus ſeniori, *alterâ* hic illi ad *fidem & fidei officia* præſtanda aſtringitur. confer *ſupra c. 2. §. 3.* Bocer. *c. 1. de F. ſubſt. n.*

 11. ibi.

11. ibi: VVillenberg. *Diſp. 4. de feud. §. 7. & 8.* Obligationem ad *ſervitia* (ſtrictius ſic dicta, & ea intellige, quæ fide ſ. *fidei officiis* haud continentur, *jung.* Ludov. Roman. *conſil. 368. n. 2.* Guerr. Soac. *prælud. c. 38. n. 3.*) præterimus. hæc enim, uti non mutua ſed *uni-lateris* & ſolum *Vaſallum* tenet, ita & *ſubſtantialem* feudi formam non ingreditur. eſt tamen ex eo genere, quæ *naturalia* vocant, *2. F. 23. in fin. & 104.* & niſi pacti vel alio ſpeciali jure quid mutatum, ad inſtar ſubſtantialium, omni feudo ſemperque inſunt. Cujus ejusdem generis eſt *obligatio* ad præſtandum *homagium* Vaſallitium. *2. F. 3. 24. §. 1. & 47. in fin.* non etiam, ex qua *conſenſus agnatorum in alienatione* feudi requiritur. *2. F. 30.* aut quâ *mulieres à feudi ſucceſſione* removentur. *1. F. 8. §. filia. 2. F. 25. in princip.* cùm *iſta* ad ſolius *paterni*, *illa* ad *maſculi* naturam ſpectet: ac proinde intuitu feudi in univerſum merè *accidentariè* ſe habeant. Notandum autem *obligationis* vocem nos hic accipere non *effectivè*, ſed *cauſaliter*, pro *ſubſtantia obligationis*, quam Cajus vocat in *l. 3. ff. de O. & A.* ſeu iſta qualitate, cujus obligatio, effectivè ſumpta, effectus eſt. Sic *verborum obligatio & contractum* ipſum & *obligationem* eô productam, idem vocabulum & matrem & filiam, ex uſu juris noſtri denotat.

§. 4. Ecquid verò, nondum indicatis, nedum explicatis *cauſis* illis, *reſpectibus & attributis*, unde feudi diviſiones fluunt, has tamen ex abrupto tradere atque ita ab ignotis & difficilioribus progredi licebit, ſalvis bonæ methodi legibus? id quidem cùm ipſa res evidentiſſimè aliud proloquatur, affirmare non auſimus. Accedente & eô, quòd niſi *attributis* illis & cauſis rectè conſtitutis probeque intellectis, nec judicare de ſpeciebus & diviſionibus

nibus feudi, earumque conſtitutione & intellectu, liquido poſſimus: aut ſi qualitercunque ſaltem nunc velimus, unâ hîc, imò prius, de cauſis illis agendum, eaque tractatio deinde infra ſuis locis reſumenda foret, & ita denique idem bis ageretur, nihilominus vulgatum ordinem, poſt *definitionem* illicò *diviſiones* enarrandi easque juſto ſæpè prolixius pertexendi, unô forſan H. Hamelio (utut reliqua *Synopſ. Roſenth.* abbreviatore) exceptô, ſubſequi omnes reperies. quem morem non omninò credo videbimur ſpreviſſe, ſi unam atque alteram, cujus rationes ex *definitione* & aliis hact. prolatis ferè patent, diviſionem propoſuerimus, cæterarum ſummis tantum annotatis capitibus.

§. 5. Etiam *feudi diviſiones* non ex *qualitatibus accidentariis*, ſed ex rei *forma* & *ſpecifica differentia* principaliter deducendas volunt Noſtri, admodum tamen iſtud difficile profeſſi, ac proinde hoc in negotio minùs feliciter verſari pleroſque Doctores, traditasque ab iis diviſiones ſaltem commodioris doctrinæ cauſâ tolerari poſſe, *vid.* Vultej. *I.F. 8. n. 2. ſeqq.* Bronch. *D. I. lit. R.* Beuth. *D. 1. th. 9.* Roſenthal. *c. 2. pr.* Ludvv. *d. l. ſupr. §. 2. n. 2.* &c.

Nos de eo, quales hîc *diviſiones* ſperari pote poſtularivé fas ſit, jam *ſupr. §. 2.* noſtram ſententiam expoſuimus. quâ bene perpensâ elucebit, *accidentia formæ* ralis rei, qualis eſt *feudum*, (pro *jure* adeoque *accidenti* quodam ſumptum) haud accuratè ſatis opponi, quin potiùs ipſam ex *accidentibus* concinnari *formam* oportere; niſi hanc aliam, ac res ipſa eſt, requirere velimus. Meliores ergò à multis, quàm ipſi putarunt, allatæ diviſiones: imò maxi-

maximam eas partem ex *inteerna* rei *natura*, quod genus cæteris præſtat, dimanâſſe, indidemque *plures* eſſe, quas haurire liceat, affirmare quid hæſitamus? atque hinc patet, *Doctoribus* hanc illamve diviſionem eo nomine, quod ex feudi *adjuncto ſeu accidenti* extructa ſit, impugnantibus quid reſpondendum veniat.

§. 6. Sit itaque *ſummâ diviſione* feudum, ſive nunc *Domini* ſive *Vaſalli jus* cogites, aliud *plenum*, in quo ſubſtantia & natura feudi, cum effectis inde pendentibus, plenior & auctior; aliud *minus plenum*, in quo res ſecus habet, atque adeò forma communis nullum cepit incrementum, eadem propè ratio diviſionis *animalis*, in *hominem & beſtiam*; & in jure noſtro civ. allodiali *adoptionis, legitimationis, cognationis, nobilitatis*, &c. in ſpecies *plenas & minùs plenas*.

§. 7. Utriusque, tàm *Domini* quàm *Vaſalli* contemplatione *plenius* eſſe videtur feudum *ligium*: in *quod* & *non ligium* diviſionem à *forma eſſent.* ſeu fidelitatis & vinculi vaſallitici alia atque alia qualitate communiter repetunt, *Obrecht. Vultej. Beuther Ludvvell. &c.* Definiunt autem *ligium*, quô Vaſallus *adverſus omnes* Domino, qui proinde non niſi *unus* ejuſmodi vaſallo eſſe & majeſtatem habere debeat, ad *fidelitatem* teneatur. *v.c.1. §. Sa. is. 2. F. 52. 93. & 99. Clem. paſtoralis. 2. de ſententia & re jud. ibiq. Gloſſ. Dn. Refer. ap.* Klock. *relat. Cam. 26. n. 49. ſeq. & n. 54.* Ita vero *ſervitia*, quæ contra omnes præſtet Vaſallus ligius, non *vulgaria*, ad *naturam* ſc. feudi ſupra relata; ſed *fidei innexa*, uti vocat Soacius, intelligi oportet. oportet quoque *dominum ad fidem*, utpote quæ feudo *eſſentialis* & neutra ex parte abeſſe poteſt, hujuſque *fidei* officia,

contra

contra omnes illd. Vaſallo obſtringi, id quod eô ipſô, qn. au-
ctoritate Baldi *in c. 5. X. de judic.*, utut *nec rationes nec ll. ad-
ferentis*, dominum plures habere poſſe *ligios Vaſallos* a-
junt, cùm negent Feudiſtæ; conſequens erit, vel *fidem
illam parilem ſeu mutuam* non pertinere ad ligium feudũ,
ſed *ſervitia* in hoc intelligi *vulgaria* debere, vel ſpeciale
eſſe, ut fidei obligatio, quantum ad *ligii* qualitatem, in
feudo mutuą non ſit. proindeque dominus, uti aliàs in
nonnullis, *vid. II. F. 6.* Rittershuſ. *1. F. 10. quæſt. 12.* Crag.
2. F. 1. p. 126. &c. ita & hîc quoad ipſam *fidei obligationem*
aliquâ gaudeat prærogativâ.

§. 8. Qualemcunque dicta lucem accipient ex
indagatione originis vocabuli *ligium*. à Lat. *ligando* vel
Italo *liga* (à quo eodem die Ligiſten / in nupero bello Ger-
man. item Gall. *lier, allier, alliance*, &c.) omnes ferè dedu-
cunt. à liedig / liedem / *pati*, Roſenth. *c. 2. q. 3.* in quo quidem
ſenſû Germanis nec olim nec hodiè vox lidig cognita. à
German. ledig / loes und ledig / qui notationem repetunt
cum Andr. Knichen, eâ Vaſalli *ligii* definitionem ſupra
datam, quòd nempe is uni tantùm Domino obnoxius,
cætera *liber* ſit & vacuꝰ, non parum confirmant. Singula-
ris eſt D. Feltmanni conjectura, à populis *Ligiis* novè de-
ducentis. *c. 14. de j. in re & ad rem. n. 29.* Non diſplice-
ret denique, ſi quis *ligium* à Germ. leihen vel gelichen / faci-
li *h.* in *ch.* vel *g.* (ſic *michi* pro *mihi*, *German* pro Herman /
trenga pro treue / unde *treves* &c. & quorundam Germa-
norum dialectus τὸ gelichen hodieque geliegen / uti höher /
höhſt / höher / högeſt / &c. effert) mutatione, aut etiam à Le-
hen / *legium*; nam & ita per *e* pronunciârunt veteres, *vid.*
Freder. à Sande, *in tr. 1. ad conſuetud. feud.* Geldr. *c. 1. tr. 2.*

E 5 F c. 2.

c.2. cui ſcriptioni apprimè reſponderet, ſi quis ab infer. Germ. leeg/h.e. *inferior, humilis*, Angl. Lag/legde/ (quorſum etiam referas licet Germ. Lüttige vel Lüttick/ lützel/h. e. parvus, exilis. Sic viculus; Lützel-Linden / Giſſæ vicinus, oppido megalindano, Groſſen-Linden vulgò, opponitur. Dani Liden vocant Ol. Worm. *1. faſt. Dan. p. 33. ſeq.*) deducere vellet, quaſi *Vaſallos* dicas die Leegen/ *humiles*, uti olim ſubditi, præſertim *ruſtici*, Armen/arme Lüthe/ quamvis dominis opulentiores, vocabantur. Bernard. *Ep. 320.* filii P. Leonis, ait, omnes *humiliaverunt* ſe ad pedes Dni. Papæ & facti ſunt homines ejus *ligii*, & juraruntei *ligiam fidelitatem*. Nec obſtat; quòd ita quidem, ſecus ac fieri novimus, *cuivis Vaſallo* vel feudo, appellatio *ligii* tribuenda foret; prout & *leudi*, vocis ex eadem origine, jamdudum tributa. Buchel. *not. in Hiſtor. VVilh. Hed. pag. 32.* Voſſ. *de vit. Lat. Serm.* ſed add. D. Struv. *c. 2. de feud. aph. 1. n. 8.* ubi vocabulo *leudum* denotari Lehen/negat. Præterquam enim quòd valdè debilis ſit iſtius argumenti nervus; quippè quòd *à rerum ignaris* pleraque vocabula impoſita ſint: ſanè de *omni feudo* & Vaſallo *nomen* hoc uſurpatum conſtat ex antiquis tabulis & Scriptorum locis, *cit. à* Sande *d. c. 1. n. 9. 26. & 29.* Voſſ. *13. d. V. L. S. c. 201.* Barth. *ad l. 2. Guil. Briton. Philippid. verſ. 510.* cui de hac originatione idem in mentem veniſſe, nunc video. *add.* Crag. *l. F. 9. p. 47.* ubi *leudes, leodes*, Scotis *ligios*, (Sic Galli *Leodium, Leodios* vocant *Liege, Ligeois*; à vetuſto ejus nomine *Legia*, quod olim, cùm civitas hæc abjectiſſimus fuit viculus, quaſi eine lege Stadt/obtinuit. V. Chiflet. *lib. 1. vindic. Eccl. c. 17. n. 8.*) dici teſtatur, ſic Giſanius *c. 4. de.*

F. n.

F.n.39. Vaſallum probat in ſcriptis Barbaricis, quæ vocat, interdum *hominem*, interdum *ligium*, interdum conjunctim *hominem ligium* & homagium *ligantium* vel *ligiantiam* appellitari: etiam *Clem. Paſtoralis* 2. ibi: *homoq; ligius & Vaſallus*, eam in rem citatâ, *add.* Voſſ. *d.l.* Et poſſet dici in appellationibus *homoligius* (pro quo nonnulli *homologus* & feudum hoc *homologum* Græcâ notatione dixêre. *coll. l. ult. C. Th. de Patroc.*) *feudum ligium*, &c. pleonaſmum eſſe. qualis & nunc ſupereſt cùm in aliis multis locutionibus Germ. v.g. gantz und gar/ alleſamt / Belg. allegaer / freye Francken / freye Friſen &c. tùm quoque in vocibus Lehemann / Lehen-Leute; quippe quod non minùs voces Germ. Mann/Leute / *leudes*, ſolæ; quàm Latin. *homo*, vaſallum ſignificet; & prout ab *illo* eſt *leudesamium*, ita ab iſto eſt *hominium* ſeu *homagium*; à Vaſallo item *Vaſalliticum* à ligio *ligiantia*; omnibus idem, nempe *ligiam fidelitatem*, quam D. Bernardus vocat, Lehen-Pflichte/ denotantibus. His ergò aliisque adduci facilè quis poſſet, ut cum Hotom. Giphan. & noviſſimè D. Struv. iſtam feudi diviſionem omninò rejicere malit, omneque feudum *ligium* ſtatuere. Sed cur quod aliis vocibus, *adoptio, actio ex ſtipulatu, dolus, venenum*, &c. imò ipſi verbo *feudi*, (quod origine ſpectatâ de quibuſvis bonis olim acceptum, veroſimile eſt) huic etiam noſtræ *ligium* uſuveniſſe non credemus? ut nimir. & *ea* primùm *generalis* fuerit, cum tempore autem & ſpeciebus *ligiorum* ſ. *leudorum* der Lehen/ auctis ex his *uni* adhæſerit & propria facta ſit. Certè Guil. Neubrig. *lib.2. Hiſtor. c.37. ligiantiam* ab *hominio* unaque adeò *feudum ligium à vulgari* evi-

denter diſcernit: ibi: *hominium* cum *ligeantia, id eſt, ſolenni cautione*, ſtandi cum eo & proeo, *contra omnes homines*, Rege proprio præcipiente fecerunt.

Fruſtra quoque eandem diviſionem vellicat Carolus Molinæus *in pr. ad conſuet. Pariſ. §. 117.* hâc allatâ ratione, quia *ligii* qualitas nihil aliud ſit quàm *arctius vinculum*: plus autem vel minus non faciant differentiam ſpecificam. Invertimus enim & dicimus, quia *fidei vinculum* in feudo *ligio* aliud eſt & *arctius* quàm in non *ligio*, inde ſequi utique, eſſe eas ſpecies diverſas, non ſecus ac *fides Vaſalli* & *fides ſubditi, homagium ſubditi & Vaſalliticum &c.* ſpecie differunt. Et ſi brocardico, *plus* & *minus non variant ſpeciem*, rès morales vel juridicas ſubjiciemus, propè nullæ earum remanebunt ſpecies. Sanè inter obligationis, poteſtatis, culpæ, juris in re & ad rē, libertatis, adoptionis, ſervitutum &c. varias ſpecies non niſi tale diſcrimen reperitur. *conſul. doctiſſ.* Meier. *comm. de Culpa. n.* 89. Quid quod *ligii* qualitas ſeu vinculi illa arctioris ratio in *ſubjecto* quoque & *perſonis* ipſis non unam producat differentiam, ſive *qualitatem* earum ſive *quantitatem & numerum* ſpectes. Conf. ſupr. §. 7.

§. 9. *Plenius* ex parte *domini*, ratione tamen *naturalium* non *ſubſtantialium*, eſt *feudum non Francum*, quàm *Francum*; quod *Blancum* (vet. Danis Fräen fuit nitidum blanck/Ol. VVorm. *Lex. Run. lit. F.*) Scoti vocant, Crag. 1. *F. 10.* utrumque *nomen* German. originis. *Francum* à frey/liber, free/*Frea*, vid. Barth. *lib. 46. àdverſ. c. 1.* Voſſ. 2. *de V. L. S. c. 6. in fin.* Stephan. *ad Sax. Gramm. p. 43.* Freiing vel Fraiing/(ex frey & ing vel inck: quæ vocula Germ. do-

mum

mum vel incolam ſignificat. Beſold. de *natur. pop. n. 19.*) contractè Frenck/Franck. Sic *Francos Vaſallos* Angli Latinè *liberos tenentes*, Anglicè Freeholder/Friehalder: Seld. *Gloſſar.* Crag. *1. F. 11.* & Scoti *Franck-tenement* reddunt *liberum tenementum*, Sken. *leg. Burg. c. 135. n. 9.* item Gothicè Frâls/ *liber*, nobilis, Loccen. *Lex jur. Sueo-Goth.* Blancum à blincken/blencke/equus *albus*, blanck/h. e. *album*, ſplendidum. Conjungitur *utraque appellatio*, quando feudum hoc in *libera alba firma* conceſſum dicitur. Crag. *d. l.* Mirum verò quid in mentem venerit *Ari. diſſert. Argent. de charta Blanca*, ut *th. 3.* Gallicam eſſe hanc vocem aſſeruerit homo Germanus, veniâ non æquè dignus, ac J. Covvell. Anglus, *2. Inſt. I. A. 2. §. 3.* Feudum à *Germanorum* voce *Fief* efformatum ſcribens. *Francum* autem feudum dicimus, quod à ſervitiis ad *naturam* feudi aliàs ſpectantibus, *2. F. 23. in fin.* liberum eſt: non verò à *fidei* obligatione eiq; *innexis officiis* vel *ſervitius*, utpote ad *eſſentiam* feudi *ſupr. §. 3.* ſpectantibus, *vid.* Oldrad. *conſ. 234. n. 2.* Baro Schenck. *in III. f. 1. ſub fin.* Soac. *prælud. c. 40. n. 31. & ſeqq. & c. 34. n. 5.* Bocer. *c. 1. de ſubſt. F. n. 35.* Roſenth. *c. 2. quæſt. 59.* Ludvv. *c. 1. reg. 3. & c. 5.* qui pariter probant, in cæteris illud cum *non Franco* convenire ſeu *communem* feudi *naturam* retinere. *Vid. 2. F. 48.* Sic Suecis Frâlſe dicuntur bona ab oneribus *plebejis*, non *omnibus aliis*, immunia: quomodo & nob. freye Adeliche Güter. *conf.* Loc. *d. l.* Ejuſmodi igitur feudum Francum, proquo *nullum omninò* ſervitium debetur, *confer.* Garz. *de Fæm. ad F. recip. n. 90. ſeq.* dari & nos negamus, quæ etiam mens fuiſſe videtur Giſan. *c. 4. n. 41.* ubi vix eſſe addit, ut *moribus noſtris*

Digitized by Google

feudum ſine *fide*, nec fidem ſine *opere*: Sed nec minus verum, moribus noſtris (in Scotia *Franci* feudi frequentiſſimus uſus, Crag. *1. F. 10.*) *franca*, quæ nos finivimus, feuda non ignorari. *vid.* VVehner. & Emmel. à Ludvv. *d. l. alleg.* Schrader. *p. 2. c. 4. n. 10.* Radelant. *deciſ. Traject. 125. n. 22.* Gronvveg. *ad II. F. 21. n. 1.*

§. 10. Contra ex parte *Vaſalli* feudum *plenius* eſt, quando ipſa *proprietas* tranſit in Vaſallum; quodam ſaltem *civili* dominio, cum *ſpe conſolidationis*, Seniori relicto: vel quando *proprietas* quidem *non transfertur*, *ſpes* tamen illa præciſa & feudum ita conſtitutum eſt, ut *nullo caſu* ad dominum redeat. Bocer. *c. 5. de inveſtit. n. 36.* Ludvv. *c. 1. p. 26.* niſi quòd & tunc ex cauſa *feloniæ* redibit nihilominus. Soac. *d. c. 34. n. 6.* Bocer. *de ſubſt. F. &c. c. 2. n. 31.* Ludvv. *d. l. p. 25.* Eâdem contemplatione *plenius* eſt feud. *hereditarium, fœmineum, burgenſe & ruſticum*, *Eccleſiaſticum* quandoque v. g. *Fuldenſe*, (Fuldiſch Lehen: in welchem regulariter des Verſtorbenen nächſte Freunde vom Geblüht/beyde männliches un̄ weibliches Geſchlechts/ ohne Unterſcheid erben) *non regale, antiquum* vel *paternum, oblatum*: In his enim *jus Vaſalli*, ratione *poteſtatis de re diſponendi, juris ſuccedendi, familiæ erciſcundæ &c.* ad naturam *dominii rei allodialis*; prout *idem* ex adverſo in Feudis *Guard. Caſtald. Cam. Sold. &c.* magis inclinat ad naturam *veri* vel q. *uſusfructus*, imò infra eam ſubſidet; in feudis *caſtrens.* Burg-Lehen/ ad ſimilitudinem *habitationis*, die Burg-Lehen *importiren ſuâ naturâ* nichts mehr dann die bloſſe *habitation*. ita D. Cancellar. Stuck. *conſil. 27. n. 392.* ubi Roſenthal. *c. 2. q. 78.* allegat quidem; ſed is contrarium po-

um potiùs & feuda burg. *regulariter in nullo degenerare* docet. niſi fortaſſis Dn. Stuck. non tàm *ſervitutem* quàm *factum habitationis* intellexit. &c. de quibus omnibus infra ſuis locis oportuniùs meliusque tractemus, veſtigia ſecuti Molinæi *ad conſ. Pariſ. tit. 1. pr. §. 116.*

§. 11. Poſtremò *forma* quoque intuitu feudum, exemplô *inſtitutionis, nuptiarum*, &c. dividimus in *primũ* ſ. *ſimplex*; & *ſecundum* ſ. *ſubfeudum*, quô non *duo* jura in re & *duo* jura ad rem, uti in *illo, vid. ſup. §. 3.* ſed *quatuor* vel *plura* utriuſque generis continentur: vaſallorum unà & dominorum numerô auctô. *Plura*, inquam, *Secundi* enim vocabulum in ſenſu juridico accipimus eôque modô, quô v. g. *nuptias ſecundas* dicimus non tantùm quæ *primas* proximè ſubſequuntur, ſed quaslibet etiam ulteriores, *tertias* puta, *quartas*, *quintas* &c. in infinitum. Ita E. C. Comitatũ R. *Sereniſſimi Haſſ. Land-Gravii* ab *Imp.* & Imperio in feudum, ab illis *Comites R.* in ſubfeudum, ab his *caſtrum* aliquod, in d. comitatu ſitum, *Nobilis E.* porro in ſubfeudum, & ab eo denique *ruſtici* nonnulli *fundos* quosdam, ad *caſtrum* iſtud pertinentes, ulterius in ſubfeudum & velut in *ſub-ſub-ſub-feudum* tenent. Vnde quoque eluceſcit, in *ſecundis* hiſce feudis vel ſubfeudis id ſingulariter uſuvenire, ut idem non tantùm *directus dominus* & *vaſallus*, ſed præterea quoque dominus mediatus ſeu *ſuperior* & immediatus ſeu *inferior*, ſimul ſit. Sic in propoſito exemplo *Comes R.* non tantùm *vaſallus* eſt & quidem reſpectu *Land-Gravii Haſſ.* & dominus *immediatus* reſpectu *Nobilis E.* ſed quoque dominus *mediatus* ſeu *ſuperior* reſpectũ *ruſticorum* & *ſubvaſallus* reſpectu *Imperatoris*. Manifeſtum igitur, in *ſubfeudis* plura, quæ diximus,

diximus, conjungi *jura* & cùm hôc ipsô, tùm aliis indę profluentibus à feudis *ſimplicibus* inſigniter *illa* differre. quæ conjunctio iſtud quoque *paradoxum* operatur, ut *nuda proprietas* in feud. *uſufructu* eſſe poſſit & conſequẽter feudum detur, cujus *uſumfr.* vel ſimile emolumentum *vaſallus* nullum habeat. Quando itaque *res* ad *infeudadum* habilis eſſe non cenſetur, niſi quæ vaſallo *commoda* & *benefica* ſit vel ad *potentiam* ſ. aptitudinem referendum, *conf. inf. c. 10.* vel ita accipiendum, ut perinde ſit, per ſemetipſum an per alium vaſallus feudo utatur fruatur.

§. 12. Id verbô monemus, diviſionum hact. recenſitarum membra ſ. partes quandoque, cùm ipſæ *poſitivæ* ſint & habitus præſentiam ſignantibus deberent, verbis tamen *negativis*; aut contra quæ *privativæ* & habitus abſentiam ſignantibus verbis deberent, *poſitivis* denotari enunciarique. e. g. conſideretur feudum *Francum* & *non Francum*, *hereditarium* & *non hereditarium* &c.

CAPUT IV.

§. I.

FEudum generoſiſſimæ matris Germaniæ prolem verè germanam juſtamq; aliquoties jam agnovimus, eidemq; vindicare prævertimꝰ *ſuprà c. 1. §. 7. c. 2. §. 2. 5. & 6.* quâ quidem in re, ut id nunc addamus, vix habere contradictores aut ſaltem non legitimos videmur. Certè Latini, exactiùs modò pro iis ſcripta diſpiciantur, non tam *feuda*, quàm *ſimilia feudis* inſtituta quædam producunt, nobiſque adeò, cùm aliud non idem petant, litem movere dici nequeunt, non magis utique, ſi non minùs, quàm ipſi ex Africa *Carthaginenſes*, quorum Princeps Adherbal, quando regni Numidiæ *procurationem*, (*utile dominium*) *Salluſt.* tantummodò *ſuam*, cæterùm *jus* & *imperium* (*directum dominium*) penes populum Romanum eſſe profitetur. *Moturos* autem, ut alia taceamus, paucis verbis, ex 1. *F. 1. verſ. antiquiſſimo.* utpote allegari ex illa parte ſolitas *militias*, *prædia limitanea*, *clientelas* &c. hinc prorſus ſummoventibus, refelli repelliqúe poſſe crederem. Alii aliter replicant: *vid.* Connan. 2. *comm. 9. n. 5. ſeq.* Molin. *d. pr. n. 3. & ſeqq.* Arth. Duck. *1. de A. I. C. c. 6. §. 2.* Crag. *1. F. 1.* Nec qui Gallorum vett. *Soldurios* crepant nobis

contradicere jam ſuprà patuit. Et ſi Patres Gallorũ Germani ſunt, ita ſcil. Crantz. *2. Saxon. c. 1.* Spigel. *ad Barthol. lib. 8. & 12. Auſtriad.* quî parentibus ipſi invidebunt *laudem*, cujus ante tot ſecula jam crevere hereditatem? aut quô jure obligationem ſuccedendi jure dudum *confuſam extinctamque* reſuſcitabunt? quid multa; ipſe Molinæus, quem primicerium hîc contradictorem ſiſtit Duck. d. *c. 6. §. 3. & 4.* non Gallos, ſed *Francos*, h. e. Germanos, eosque Galliæ domitores noviq; in ea regni conditores, nominat. Connanus quidem, patriæ ut ipſe fatetur dulcedine abrept⁹, pro Gallis acriter pugnat quidẽ, ſed non prius quam Francorũ eos & Germanorũ progenitores venditandi (conſentientes ſibi in hoc nactus Bodinum *meth. Hiſtor. c. 9. & al. cit.* à Limn. *1. Notit. Franc. c. 1. lit. dd. ſeqq.*) cepiſſet conſilium. *d. c. 9. n. ult.* Cum Græcis, Imp. Conſtantini Porphyr. conſtitutionem, ſeculo X. promulgatam & etiam nunc extantem, pro vendicanda ſibi feudorum origine afferentibus, Th. Cragius, præficiſcini tranſegit *d. D. 5.* Gothis denique ſi quid heic imputari vult acceptum nos haud ægrè feremus. Imp. Carol. V. Princeps *Germanus*, laudi ſibi duxit, quòd à Gothis originem habuit: non aliter ergo nos, quod feuda eandem cum in victiſſimo olim Imp. noſtro Carolo originem ſortita perhibentur. quod ſi tàm vera, quàm ſimilis vero & ad arctioris inter homines neceſſitudinis gratiam conciliandam facta, multorum eſt opinio, non Germanos tantùm Gothos, Britannos, Gallos, Scotos, Græcos; ſed ipſos quoq; Turcas & Perſas Scythicæ omnes originis eſſe; *vid.* Grot. in *prolegomenis Hiſtor. Gothor. &c. p. 22. & p. 60.* Boxhorn.

Levin. Lemn. in præfat. lib. de mirac. nat.

in ori-

in origin.Gallic. diſputationi, quàm nunc claudimus, ſuperſedere forſan liceret. Ita Cl. Loccenius, feudorũ originem ad *Longobardos, Saxones* & *Gothos* refert: *lib.3.antiq. Sueo-Goth.cap.7.* & nos *d.c.1. §.7.* ad Longobardos nec primos nec ſolos, ſed ad *Germanos* quoque cæteros; eâ voce uti Chaucos, Suevos & inprimis Francos, ita *Gothos*, utpote Germanicæ originis populum, Paul. Diac. *lib.1.de geſt.Longobard. c.1. & ſeqq.* Iornand. *c.4. de reb. Get. junct.* D. Conring. *de fin.Imp.c.18. in pr.d. O.I.G.c.5. & de antiquiſſ. Helmſt.ſt.p.62.64.ſeqq.* complexi quoque.

§. 2. Quantum ad *tempus* nativitatis feudorum, Francos & Germanos Seculo IX., *Conrado I.Imp.* & *Carolo ſimplice* rerum potientibꝰ, *feudorum majorum minorumq́ jus originemq́ debere* ſcribit Boxhorn. *Hiſt.univ.p.528.& ſeq.* eò quòd, de *Germania* addit, in ea de feudis perpetuis Imp. Conrad. I. primus condiderit leges. Verùm nõ tàm de iis *temporibus*, quibus *primùm exorta* feuda, quàm iis, quibus *hereditaria* in feudis ſucceſſio admiſſa, intelligendus eſt Boxhornius. Deinde & *natales feudorum* cum origine *legum de feudis* latarum *I.F.15.* confundit. Quô eôdem in vitio illorum ex Noſtris cenſura cubat, qui Duareno, Weſenbec., &c. poſt *juris feudiſtici principia* jã expoſita, novô tractatu de *feudorũ origine* agentibꝰ, confuſionẽ circa *jus conſtitutionis ac partis* neſcio quî admiſſam exprobrant. Cogitari autem debuiſſet, aliam plerunque *rei* eſſe, ſaltẽ eſſe poſſe, aliam *juris* de re originẽ, alios *hujus*, alios *illiꝰ inventores*, & in alia Tempora hos ſolere, in alia *illos* incidere: præſertim ſi non tã ſumma ac tenuiſſima juris principia, quàm ipſum illud formâ jã conſtans ſuâ ſpectetur. Scrupulum, ſi quis in re plana & clara ſuper- *I. F. 15.*

Digitized by Google

eſt, vel ex Inſtit: noſtris *§. 1. de fidei com. hered. pr. de Codicill.* petita collatio *originis* fideicommiſſorũ & juris de fidei commiſſis, codicillorum & juris de codicillis, &c. eximere poterunt. Boxhornius itaque dum, uti par erat, iſta non diſcrevit inſuperque, *jure non ſcripto* tranſmiſsô, ad *leges* ſolum attendit, à Conrado I. Imp. legum feudalium ſanctore eximio, ipſius quoque *feudi*, quas longè altius debuiſſet, origines repetiit. Jam enim ipſe M. Carolus beneficia *ſub lege ſucceſſionis* dare cœpit: inſtitutô primis feudi initiis multò recentiori, ceu ex *I. F. I.* manifeſtum eſt. ibi enim diſertè Feudiſta: *videamus qualia prius habuerunt initia.* antiquiſſimo *enim tempore ſic erat in dominorum poteſtate connexum, ut quando vellent, poſſent auferre rem in feudum à ſe datam, poſteà* verò cò ventũ eſt, ut per *annum* tantum firmitatem haberent: *deinde* ſtatutum eſt, ut uſq; ad *vitam fidelis* produceretur. Sed cum hoc jure ſucceſſionis ad filios non pertineret: ſic *progreſſum eſt*, ut *ad filios* deveniret, in *quem* ſc. dominus hoc *vellet* beneficium confirmare. Quod *hodie* ita ſtabilitum eſt, ut *ad omnes æqualiter filios* pertineat &c. *Conf. diſſert. de O. reg. Principes tantùm poſſe &c. Reſp. Dn. à Schulenburg &c. Anno 1660. hîc hab. c. 2. p. 11. ſeqq. c. 3. p. 23. ſeq.*

§. 3. Ut tamen ingenuè dicamus, majores noſtros ex *Rom. legib. moribusq́;* quod in feudis conſtituendis certoque tandem jure regendis uſui foret, nota cordatiſſimarum gentium aſpernatos exempla, nihil ſumſiſſe, haud facilè perſuaderi nos patimur. Equidem *Gothos, Vandalos* &c. non Italiæ tantùm, ſed priſcis quoque ejus legibus moribusq; arma intuliſſe largiri, quanquam vix poſſimus, *vid.* Fredegar. *Chron. p. 164. ſeq. & nobiliſſ. Hiſpan.*

Digitized by Google

Hiſpan.Hiſtoricus Mariana *lib.6.rer.Hiſp.1.* P. Merulæ (*p.2. Coſmograph.lib.4.c.18.*) ut ſuſtineamus: *Longobardos* ſaltem *inſtituta Romanorum diligenter obſervâſſe* ex iſtius ævi ſcriptoribus vel ipſe d.l.memorat Merula. *Longobardos* inquam; quibus in omni feudorum feudaliſque juris introductione accurationeque potiores vulgò deferuntur partes; nec ipſo refragante Grotio *d.prolegom.p.64. & ſeqq.*

§. 4. Utcunque autem de *natali* feudorum *ſolô* & *annô* res habeat, ſuffecerit nobis, modò iis cùm æqui rationibus ſic ſatis convenire certi eſſe queamus. aliter ſanè judicavit Fr. Connanus, quando feudorum inſtituti *alios quosvis populos, cieri auctores, facilè ſe paſſurum, ait*, quoniam iſtud *tàm à communis vitæ cultu, æquabiliq; popularium jure ſit alienum, lib.2.comm.9.* Cui Connani judicio, non vulgaris eruditionis Grotio judice viri, haud parum tribueremus, niſi affectibus turbatum iſtud ipſemet prodidiſſet. Ejus popularis Car.Molinæus exadverſo *inſtitutum hoc* ceu *utile & idoneum ad ſubditos & incolas in officio continendos* laudat. *ad conſuet. Pariſ. tit.1. §. 13.* Alii feuda, & præcipuè *regalia, fulcra Imperii* hujuſque *vim & robur in illis conſiſtere* perhibent. Borcholt. *de feud.præfat.* C.P. Giſſ. *de S.R.R.1. D.4.c.16.* Ex vetuſtioribus Nicolaus de Cuſa Cardin. *lib.3.de concord. Cathol.c. 28.* ita ſcribit: ut Imperiali celſitudini *nulla incommoda detractoria dominorum*, in futurum creſcente poteſtate *Officiatorum*, Ducum, Comitum, &c. exorirentur, *feudalia introducta ſunt ſtatuta &c.* Multi quoq; alii utilitatem Imperii & neceſſitatem, hanc & in eo poſitam, quòd niſi feud. conceſſione paci aut ſaluti publ. conſuli non potuerit,

tuerit, (exempla nupera in *Pacif. Oſnabrug. add.* Soac. *prælud. c. 18.*) huc allegant. *vid.* Fredegar. *Chron. p. 164*. Jan. Douſa *lib. 5. annal. Holland. p. 213. 216. & ſeq. ex Chron. Burgund.* Boxhorn. *ad A. 888.* Fr. Guillimann. *2. Habſpurg. 2. fin. latiſſimè* Crag. *1. Feud. D. 5.* Novam & miram neceſſitatis cauſam producit Boxhornius *in diſſert. de Trapez. p. 8. & ſeq.* multa jam ſecula eſſe *inquiens*, cùm Germ. *Principes* æs alienum ex *ſubditorum* opulentioribus contrahere coacti, uſuras polliciti, in quas convenerant, idonei *pignoris* loco, *agros* & *latifundia* ſua obtulere. Atque progreſſu temporis magis magiſq; exhauſti, cum ſortem & uſuras præſtare haud valerent, quæ *pignoris* loco obtulerant, in *feudum mutuantibus* dedere. Atque, hinc *nominis origo*, quo *feuda* olim hodieque vernacula lingua *Leenen* appellamus. *hact. Boxhorn.* Conveniunt ex parte quæ habet Didacus Alteſerra *de origine feud. c. 10.*

Nobis ſic videtur, genuinam, & principio ſpectatam feudorum utilitatem hanc eſſe, ut militum fortium fidorumque præſto reip. copia ſit. *2. F. 52. & 54.* Obrecht. *2. F. 1. n. 5. ſeqq.* de cætero prout aliàs facultates noſtras pleno etiam jure aliis dare licitum eſt & quaſi res indifferens idemque pro modo, quô fit, vel commodum publicè vel noxium : ita & in feudis obtinere; multumque præterea intereſſe, an privata an publica regni bona & jura civibus exterisvè concedantur. Aut ergò ex uſu ſtatuque reip. legibus moribusve prudenter efformatum compoſitumq; eſt; aut ſecus habet feud. inſtitutum. *Priori caſu* non eſt, ut vel *Connani* vel alterius alicujus ſiniſtræ & mali ominis cenſuræ aſſurgamus. eòq; referendum quod Th. Campan. *in diſſ. de Monarch. Hiſp.*

Regi

Regi ſuo dedit conſilium; uti & Th. Cragii opinio ex *maximo reip. commodo* conſtitui poſſe credentis, *ſi omnia in Scot. regni prædia in feudum concedantur.* Aſt *poſteriori* caſu, uti aliis inſtitutis degenerantibus & reip. fraudi eſſe incipientibus, ſimiliter & huic idonea quærenda medela ac emendatio. quorſum neſcio an tendat D. Forſtnerus, Germaniam noſtram, *ex quo optimates commiſſas ſibi quondam provincias in principatus mutaverunt & beneficia, primâ inſtitutione temporaria & cum perſona cui conferebantur exſpirantia, in ſobolem tranſmiſerunt, Domino pene totam excidiſſe*, ſcribens. Certè, ad ſcæva reip. tempora, quæ leges non ferunt, referri id oportere, alioquin cauſæ elencho laboraturũ, & de cætero tẽperari, aliquando putavimꝰ. *ſæpe cit. Diſp. Schulenb. c. 7. ſub fin.* nec niſi huc ſpectat Cl. Cragii (quem feud. inſtituta deprædicantem jamjam audivimus) querela: *priſcam illam Martiam feudi naturam inquinatam nunc eſſe & corruptam, conſenuiſſe feuda moribus in mollitiem lapſa, adeo ut feudum hodie in feudo vix agnoſcamus.* 1. F. 4. & 9. item, *alienationes & infeudationes bonorum Coronæ, antea prohibitas, maximô Principũ malô rurſus permiſſas eſſe.* 1. F. 14. Ejuſdem eſſe medicinæ & philoſophiæ videntur; quæ de feudis ſancita extant in *A. Bull. c. 7. v. 3. Capitul. Caroli V. act. 24. Ferdin. II. art. 28. Ferdin. III. art. 30. Ferdin. IV. & Glorioſiſſ. Imp. n. D. Leopoldi art. 27. 30. & ſeqq. add. ubique* Limn. *annot.* *ad 2. ann. Tac.*

§. 5. Sed tempus eſt, ut de *cauſa effic. propinqua* feudi videamus. Hanc autem edunt *inveſtituram, præſcriptionem, conventionem, Domini liberalitatem, ſucceſſionem, ſententiam judicis*; alii *unam* ex his, alii *plures*. Recentiorum plerique *modos conſtituendi* ab iis, quibus *acquiri-*

quiritur &,addunt nonnulli,*conſervatur* ſ. tranſmittitur: deinde *acquirendi* alios *novi* faciunt, alios *antiqui* feudi. Quidam denique inter *cauſas remotiores* (nempe quibus ad feudi conſtitutionem pervenitur) & *propiores*, haſque iterum vel *ab initio* vel *continuativè conſtituentes*, malunt diſtinguere. Nec deſunt,qui ſolâ *ult. voluntate* fieri *conſtitutionem* docent.&c.

Variant quoque FF. in aſſignanda *acquiſitionis* & *conſtitutionis* differentia: quam alii à *tempore* petunt, quatenus *hæc illam* ſolent præcedere; alii à *natura ordine*, quô itidem *hæc* prior ſit, alii à *ſubjecti* tantùm diverſitate. *vid.* Obrecht *2.F.11.n.2.* D. Struv. *c.7.n.11. n.1.*

§. 6. Nos ad ſequentia adverti animum velimus. (1.) De re,quæ nec *phyſicè* nec *moraliter* exiſtit, ſive *acquirenda* ſive conſervanda fruſtra agi: non entis *enim* nullæ ſunt qualitates. Cùm tamen (2.) *jus* feudi, ut non illicò in *ſubjecto* aliquo exiſtat, per rerum *relationisq;* naturem nequeat *conſtitui*; is autem in quo ita per *conſtitutionem* eſſe incipit, hôc ipsô *acquiſiviſſe* illud cenſeatur: patere ſanè,*conſtitutionem* & *acquiſitionem* unô *eôdemq; actu* perfici, nec niſi quale inter *relatum* & *abſolutum*,v.g. libertum & libertinum, ſervilem conditionem & ſervitutem &c. inter *duo* iſta diſcrimen dari. Quemadmodum verò (3.) ad cujuſvis rei proindeque & ad feudi *conſtitutionem* non *effic.* tantùm *cauſa* ſed *materialis* quoque & *formalis* requiritur: ita conſtitutionem feudi ſolius *cauſa effic.* limitibus vulgo perperam includi: id quod ſuboluiſſe videtur Ioann. Schoner. *D.2.θ.4. D.5.θ.1.* &c. quem ſequitur, Willenberg. *D.4.θ.1.fin. & θ.5.* Gitan. *c. 6.n.5.*

Digitized by Google

6.n.5. Soac. prælud. *c.10.n.4. ubi ad feudum conſtituendum cauſam effic.objectum, ſubjectum & formam requirit.* Crag. *2.F.1.pr.* ſecus ac (4.) in *acquiſitione*, quæ feudum *jam* perfectè *conſtitutum* certæ perſonæ proprium ſeu ut ipſius *ſit* efficit, res habet. Quamdiu ergo (5.) vel *una* ex *cauſis illis* deeſt, non poſſe feudi jure rem cenſeri. Indeq; apparere (6.) cur licèt regulariter non *acquiri ex teſtamento*, eô tamen *conſtitui feudum*, h.e. res allodialis, ut in feudum convertatur, v.g. legari rectè poſſit. quòd item (7.) aliud *feudi* voce ſignificetur quando *acquiri* feudũ, aliud quando *conſtitui* dicitur. ſcilicet *illic* res *actu feudalis*, adeòque legibus feud. *iſtic* res *actu allodialis*, (eam proinde qui *feudum novum* vocant & à *feudo antiquo*, neque id malè, in hac materia ſecernunt, Schoner. Crag. *dd. ll.* Gudelinus *p.3.c.1.* ambiguè loqui oportet & multò aliter, quàm in vulg. illa diviſione in *nov.* & *antiq.*, terminis his uti. nempe *feudum conſtituendum* illi *novum*; jam *conſtitutum*, utut cætera *novum* ſit, *antiquum* indigitant.) adeòque legib. allod. æſtimanda. (8.) Quia *feudi* non minùs ac *pignoris, dominii* &c. *conſtitutio, factum* eſt, *cæteris paribus*, omni jure *licitum*; *pactionibus* utique, vel *ſtipulationibus* utiliter *promitti*. has tamen non magis cum *feudi*, quam ſimiles *conventiones* cùm futura *dominii, pignoris*, &c. *conſtitutione* commune quicquam, nec alium, quàm *jure civili comm.* proditum, *effectum* habere. *V.* D. Struv. *c.7.n.3.ſeq.* quod verò *ipſam* feudi *conſtitutionem* quandoq; *præcedunt* ejusque quaſi *præparatoriæ* ſunt *promiſſiones iſtæ*, nihil mutare, ſed *ex accidenti* eſſe *factiq.* potiùs quàm juris quæſtionibus hic aſſignandum. Et hujus tamen commatis pleraque exiſtere, quæ de feudi *pro-*

miſſionibus, exſpectativis &c. in *commentar. Feud.* prolixè pertractantur. (9.) *Succeſſio* uti ratione *ſuccedentis* in individuo, ver⁹ eſt *acquirendi* modus, tàm jure feud. quàm reliquo civili: ita quominus ratione vel *generis* ſ. totius familiæ, vel ipſius *juris* in re *feudalis*, cujus reſolutionem ea impedit, modus quoque *conſervandi* vel *tranſmittendi* feudi appelletur, intercedere nos nolle; imò addere potius & illam *ſpeciem*, quâ *inter vivos* ac titulo *ſingulari* per *emptionem, donationem, refutationem*, &c. ſucceditur; quæque perinde ac *altera* & *tranſmittendi* &, poſteriori ſaltem ratione, *conſervandi* cùm ſit modus, neſcio cur à Dd. tantùm non omnibus, ſub *tit. de modis acquir. & conſerv. feud.* præterita fuerit. (10.) *Conſtitutionem* cum *acquiſitione feudi* toties *coincidere*, quoties *cauſa* ſubeſt ad feudi jus etiã *de novo introducendum* apta, qualis eſt *inveſtitura*; quâ proinde & *acquiri* & *conſtitui* feudum rectè dicitur: *I. F. 25. & II. F. 1. & 33.* *non coincidere*, quoties cauſa intercedit ad *feudi jus* à perſona in perſonam *transferendum* duntaxat apta & quæ, niſi feudô *in eſſe* jam *conſtitutô*, operari nequeat, qualis eſt *ſucceſſio*; quâ proinde *acquiri* tantùm & *ad nos pertinere* (verbis *relatis*, non abſolutis, cujuſmodi eſt *conſtitutio*) feudũ dicitur *II. F. 1. & 11.* Medii generis & velut ad utrumque paratam eſſe *præſcriptionem*; utpote quâ & res libera & ab alio in *feudum jam poſſeſſa* acquiritur. *1. F. 28. 11. F. 9. & 26. §. 4. & 87. add.* Crag. 2. *F. 1.* ibi: *præſcriptio* non ſolùm modus *acquirendi*, ſed etiam feudi *conſtituendi* in jure ponitur.

§. 7. His præmiſſis probeque expenſis de noſtra ſententia facilè judicium fieri poterit. Eundum tamen ulterius. Feudum ex aliquot *in re* & *ad rem juribus*

com-

compoſitum eſſe *c. præced.* innuimus: huic *compoſito* uti *propria* ſua & ab iis, quæ diximus, *juribus* ſeorſim conſideratis *diſtincta forma*; arg. *§. 25. & 26. I. de R. D. l. 9. . 3. ff. ad Exhib. l. 7. §. 5. 7. & ſeq. ff. de A. R. D.* ita & eidem, tanquam *propriæ* ac *novæ* ſpecici, *confer. §. 5. I. de uſu & Hab. §. 3. I. de loc. cond.* propria quædam ac diſtincta *cauſa* eſſe *effic. proxima* debebit. Non autem ſuccurrit alia, quàm ipſe ille *actus* S. *negotium*, vid. *§. 1. 11. F. 3.* quo, *proprietatis* & *uſus fructus* (*latiùs* ſic dicti) factâ *ſeparatione*, illa in domini, iſte in Vaſalli perſona, cum *mutuæ fidei* & *præſtationum* aliarum vinculo, ita conſtituuntur atque uniuntur, ut inde *novum*, quo de loquimur, *rei jurid. genus* exſurgat. Et hunc *actum* ſeu veriùs *actuum plurium* (quos, unô *quippe ſpiritu* quaſi contentos , *uni nomini* ſubjicere ſolemus; *l. 30. de uſurp.* ſic dicimus *actum teſtandi, unā de peculio & de in rem verſo actionem, Regis vel Imp. electionem, coronationem*, &c) *congeriem* quando F. F. *inveſtiturā*, *11. F. 2. 4. 8. 11. 33.* &c. nuncupant, ſimulque feudum *inve- veſtiturâ acquiri* & *non niſi eâ conſtitui* docent, *§. præced. 6. ſub fin. & infr.* eô ipsô jā propoſita evidēter cōfirmant. Cōfirmantur præterea, quando *inveſtituram accipere* vaſall⁹, domin⁹ *facere* dicitur. *11. F. 8. paſſim* h. e. alter alteri dominii partē conferre & aſſignare ſeq; ad fidem & cætera præſtāda obſtringere. Perſpicuū ergo, *inveſtituræ* nomine, in *latiore* ſenſu, *totū* quo dominis vaſalliſq; ſua & *in re feudali* & *ad eandē jura* acquirantur, comprehendi ac ſignificari *negotium*. quod etiam ex *11. F. 87.* poſſet, (ut tn. *realis* is non *conſenſualis* habeatur) *contractus feudalis* appellari, *confer. poſt hac ſcripta viſus D. Bitſch. de Evict. F. c. 2. n. 38. ibi: totum* contractum *& negotium, quod eſt* inve-

 ſtitura

ſtitura *feudalis &c.* voce illâ ita, uti *pignoris* vel *mutui contractum* dicimus, acceptâ, *mutuum* enim & *pignus*, præter conventionem, ipſius quoque *traditionis actum* includunt; *§.1.& ult. inſt. quib. mod. re contrah.* adeò ut in mutuo *ſubſtantia obligationis numeratione* ſeu *traditione* demum *expleri* ſeu perfici, veriſſimè dicatur à Scævola in *l.6. ff. ad SCtum Maced.* Mozz. *de contract. tit. de mutuo. rubr. de ſubſt. n.2.* Vinn. *c.8. de pact. n.13. vid. Diſquiſ. noſtr. 2. ad Inſt. p.2. obſ. 5. n.1. ſeqq.* unde & ex *pignoris mutuiq;* contractibus non *jura* tantùm *ad rem* ſeu obligationes, ſed *jura* quoque *in re*, utut *ſpecie differentia*, proficiſcuntur. *add. d.p.2. Diſp.1. obſ.6. n.10. ſeqq.* neque hoc mirum, cùm imò ad *tollendam obligationem* factis à jure *modis* eandem *induci* conſtet, ac vice verſa ad *firmandam conſtituendamq;* factis tolli & infirmari. *§.1. & ſeqq. I. quib. mod. toll. oblig. d.p.2. Diſp.4. obſ.1.*

1. F. 32. Sed ita, quæ omnino ſecernenda erant, realem nempe inveſtituram & *contractum feudalem* ſeu *promiſſionem de feudo præſtando*, cum Dn. Struv. *c.8. aph.1. ſeqq.* & aliis, perperam confundi *inquies. adhib.* Doctiſſ. D. Feltman. *c.14. de I. in re & ad rem. n.19. ſeqq.*

Equidem D. Struv. *d.c.8. imprimis aph.3. ſeq.* contractum feudalem cum inveſtitura *abuſiva*, at non cum *propria* & *plena*, cujus illam *partem* facit, eandem eſſe docet. *add. aph.9. n.3.* de cætero cùm *contractum feud.* & *promiſſionem de feudo præſtando* ſollicitè diſtinguat in *c.7. a. 2.3. & 11. c.16. a.3. n.1.* quod ibi promiſcuè hæc ponuntur habenturvé ipſe aliique ægrè concoquent. nec enim *contractum* inter & *promiſſiones de feudo præſtando*, quas proinde *ſup. §.6. n.8.* hinc removimus, minor aut levior eſt differentia, ac inter contractum mutui, pignoris, venditio-

ditio-

ditionis,& pacta ſeu promiſſiones de mutuando, pignorando, vendendo. niſi in verbo *præſtandi, utpote* homonymô, *vid. Diſquiſ. 11. ad Inſt. p. 1. obſ. 6. n. 7. ſeq.* quô elabare, capi aliquid aut reperiri poſſe putes, aſt putidius culum id foret.

Nos quô ſenſu modôque *inveſtituræ plenæ* non ineptè tribui *contractus feudalis* nomen arbitremur, anteà explicavimus ſimulque omnem confuſionis materiam præcidimus. Nec Compilatores noſtri, quando vocabulum *beneficii* vel *feudi* pro *contractu* ſumunt, alio in ſenſu feciſſe id videntur: *expend. I. F. 28.* ibi: *inveſtire* ipſum de jam dicta terra *per feudum* debet. *pr. in fin.* §. *1.* ibi, per *beneficium DARI. per feudum* cuilibet *DARI* poteſt &c. junctis ſeq. ibi: tunc enim reſciſsâ *inveſtiturâ* &c. *II. F. 3. & 20. poſt pr.*

§. 9. Sed operæ fuerit, *jura,* quæ diximus & ex quibus coaleſcit feudum, extra *mixtionem* illam contemplari atque adeò uniuscujuſque cauſas *ſeorſim* enucleare. Siquidem caret controverſia; quamvis *inveſtiturâ* aut etiam *contractu feudali* non minùs appoſitè verèque dicatur *feudum* conſtitui, ac *pignoratitiö contractu* jus pignoris aut *mutuo* dominium: aliam tamen *dominii utilis directiq;*, aliam *obligationis* e.g. vaſallliticæ *cauſam*, retroque alia *conventioni* alia *traditioni* imputanda effecta eſſe. *confer.* Cl. Feltman. *d. tr. c. 14. n. 25. & ſeq.*

§. 10. De *juribus* à *in re* primùm, pòſt de *juribus ad rem* diſpiciemus. *jura in re,* de quibus hîc quæſtio, ſunt *dominium*, idque *directum* ac *utile*, & rei feudalis *poſſeſſio*. Neutrum *conventionibus* vel pactis abſq; *traditione* induci, exceptô ſi quid jure ſpecialiter cautum, (utut hanc exceptionem vix admittat D. Feltman. *laud. comm. c. 10.*

 &c.

& c.13.n.41.ſeqq.) inter Dd. convenit: jur. l.3.ff.de O. & A. l.20. C. de pact. atqui circa directi vel utilis dominii acquiſitionem, de qua prius & deinceps de poſſeſſione, nihil ſpecialiter jure feud. cautum. Inter vivos igitur cauſa efficiens proxima, exceptis caſibus l.23. C. de SS. Eccleſ. l.1. C. de don. quæ ſub modo &c. erit ſola traditio, non nuda, ſed juſta, II. F. 87. h. e. ex cauſa ſeu titulo dominii translativô facta, §.40. I. de R.D. l.31. ff. de A.R.D. junct. l.1. ff. de public. in rem act. Bocer. c.2. de inveſtit. n.5. ſeqq. & quidem à futuro ſeniore; cui tamen nonnunquam, puta in feudis oblatis S. appropriatis, auffgetragen Lehen/ ipſe futurꝰ vaſallus quaſi fiduciâ contractâ rẽ priꝰ plenô jure mancipat. Quod ſi nunc tradẽs eſt dominꝰ, ſtatim duplex iſtud dominium ultrò citròque tranſit; ſi non dominus, non tranſit, ſed ad acquirendum illud uſucapione vel longi temporis præſcriptione opus eſt. §.5. I. per quas perſon. cuique acquir. l.11. §.1. ff. de A.E. l.19. §.1. quemad. ſerv. amitt. pr. & t.t. Inſt. de uſucap. II. F. 87.

Sola voluntas citra traditionem ſufficit, quando mortis cauſa per legatum, fideicommiſſum ut aliâ ult. voluntatẽ alter alteri, v.g. directô ſibi ſuisve heredibus, legatariis, &c. retentô, utile dominium rei ſuæ concedit. arg. pr. & §.2. I. de legat. l.80. ff. de legat. l.64. ff. de furt. junct. II. F. 1.

Nec tamen traditio nec ult. voluntas explet ſubſtantiam conſtitutionis feudi ſeu directi & utilis dominii feudalis: ſed accedere præterea inveſtitura fidelitatisq́; promiſſio; denique hoc agi debet, ut res pro feudo teneatur recognoſcaturve & quæcunque ſecundùm leges moresq́; feudales obſervanda ac præſtanda utrinque obſerventur ac præſtentur. confer. I. F. 25. II. F. 1. in fin. 2. §. 3. §. 1. in fin.

4. 6.

4.6.inf.7.§.1.23.in fin.33.pr.47.4.§.81. Quæ nunc *tacitæ expreſſæq́. promiſſiones*, ſeu legis hominisque voluntas, *cauſa effic.proxima* ſunt *juris ad rem* & obligationum, quibus vaſallus & dominus invicem ſibi tenentur. unde hactenus ex feudi jure quamvis *plenè conſtitutô* actiones tamen *perſonales* quoq; dantur tàm domino quàm vaſallo, v.g. *de evictione, condictio cauſa dati*, actio ex feudo ad *poſſeſſionem* tradendam. *I.F.21.c.1.II.F.7.§.1.& 26. §.5.v.ſi facta.*

§.11. Ut ad *poſſeſſionem* nunc veniamus, ea quemadmodum præ cæteris juris in re ſpeciebus plus *facti* habet, ita præ cæteris quoque *factum traditionis* requirere videtur. Sic dominiũ, ſervitutem, pignus, & quæ alia hujus generis habuit defunctus, *ipsô* jure acquirit heres, ſolam autem poſſeſſionem non niſi naturaliter comprehenſam. *l.23.pr.ff.de A.poſſ.* Paulatim tamen & hîc, uti ſolet, *juris* auctoritas inſurrexit, corporis ſenſuumque externorum muniis delegata in ſe traxit & actibus nonnullis ſubtilioribus, *mente* non *manu* exequendis, poſſeſſionem tranſire docuit: ubivis tn. & naturæ ipſius &, quæ blãda mater omnis propè juſti & æqui, utilitatis innoxiæ preſſis cultisq́ue veſtigiis. Ita receptum, ut, (quaſi juridicô quodam *rerum tropô*) non *tradendo*, ſed aliter agendo, puta *obſignando, ſcribendo, demonſtrando* &c. aut membris corporis nihil omnino conferentibus, ſed mente tantùm *nudè conſentiendo*; aut prorſus *nihil agendo*, ſed *patiendo* duntaxat, &c. poſſeſſio vel quaſi utiliter cedi poſſit. *vid.l.74.de* C.E. *l.1.l.4.l.14.de peric. & com. &c. l.77. de R.V.l.1.§.21.l.18.pr.& §.2.l.3.§.4.de A.poſſ.l.ult.ff. de Serv.* quos *ſubtiliores* tradẽdi modos et. in feudis admitti nihil prohibet, ſed jubet potius ac invitat celebris definitio Feudiſtæ in *II.F.I.* cõprobatq;, in *feudorũ* a vaſallis v.g. venditorũ poſſeſſione tradenda, quotidiana praxis. Cur ergò in poſſeſſione feudi *de novo conſtituti* non idẽ ſtatuamꝰ? certè quòd rẽ ex *alia cauſa* jã *tenens*, ex quo illa ipſi con-

l. & *l.3.d.3.* §.12. D. Hahn *ff. de A.R.D.n.11* Reiter. *1. de alien. 2. S.* 5. *jure naturæ dominium citra traditionem ex nuda alienandi voluntate tranſire docentes.* contra quos aliosque quid. diſputat D. Feltman. *d.tr.c.13.* ſed ita ut *qualicunque ſubtiliori & tacitâ traditione*, qualem ſanè hîc habemus, contentus ſit. ipſe imò *eod.tr. c.12.* §.32. ejuſmodi traditio, *inquit*, fieri *intelligitur*, quoties non ipſa res, ſed *nota* aliqua vel *ſignum* traditur v. g. *claves* &c.) toties exiſtimamus, quoties non ipſa res v. g. domino ſibi poſſeſſionem retinente, contrarium demonſtrat. *ſupra d.* §.11.n.2. Accedit, quod de *vaſalli voluntate* nullum ſit dubium. ipſius autem, tanquam *accipientis*, voluntas non minùs, ac *dantis*, attendi debeat; imò hîc magis, ex quo in *vaſalli favorem* interpretationem faciendam eſſe placuit, Card. Mantic. *lib. 23. de tac. & amb. convent. tit.18.n.23. ſeq.*

Quod verò de neceſſaria *rei præſentia* obmotum; *in ſæpe alleg.* §. *11. fin.* jam removimus. quamvis *diſſent.* ipſi *præſentiam* illam tam plenè liberaliterque interpretentur, ut ferè nobiſcum conveniant. unum *Gudelinum* audiamus: ſimul *cum inveſtitura* transfertur *poſſeſſio*, ait ille *in 2.F.9.n.3.* quoties fit de fundo præſente, aut *propinquo*, qui demonſtratur, & *ad quem ingredi abſque impedimento ei*, cui monſtratus eſt, *licet*: quoniam *ubi res poteſtati arbitrioq; noſtro non minus ſubjicitur, quàm ſi corpore eſſet à nobis approbenſa, id pro traditione prehenſioneq; habetur.* Alii præſentem fuiſſe rem *præſumendum* volunt, modò *literis inveſtituræ*, eam *ſignô* aliquô *corporeô* factam eſſe, narretur aut idoneum ſaltem eam in rem verbum, e. g. *inveſtiendi*, inſertum ſit. *vid.* Afflict. *deciſ. 290.*

um veluti ſupponunt, niſi enim acquiſitæ rei poſſeſſio acquiri nequit;(Hegen. *d.c.2.n.27.*) ita quo modo *poſſeſſionē* negare velint, non videmus. annon ejuſmodi *facultas* pro *vera poſſeſſione* paſſim in jure noſtro cenſetur? *vid. l.1. §.13. l.6. §.1. l.7. l.18. l.44. l.51. l.5. §.2. ff. de A. poſſ. junct. l.30. §. 2. Eod. l.15. §. 23. de damn. inf. l.12. §.2. l.13. ff. de bon. auctor. jud.* Quid multa? aut *eſt* aliquis *in poſſeſſione* rei *abuſivè* (ſic loqui cogimur) infeudatæ, aut *non eſt*. *hôc* caſu, res expedita. *Illô*, aut *vaſallus poſſidet*, & fruſtra de poſſeſſionis tranſitu quæretur, *confer. 1. F. 2. & 11.* Crag. *2. F. 2. p. 135. pr.* aut *tertius*; &, ſi domini jurisdictio eſt, ipſe vaſallū, utpote ire in poſſeſſionem à ſe juſsū, cæteris parib⁹, *vid. 1. F. 3.* tuebitur juvabitvè interdictô, *Ne vis fiat ei, qui &c.* ſi aliûs jurisdictio, vaſallus interdictô vel aliô remediô poſſeſſionē corporalē conſequi poterit; in quo itid. convenimus. Mod. Piſtor. *d. quæſt. 9. ibiq.* Schulr. D. Struv. *d. a. 10. n. 3. & 5.* aut denique *dominus* ipſe poſſidet; & ex quo is rem omnemque ejus utilitatem, ſolâ retentâ ſibi proprietate, perpetuô feudi jure poſſidendam poſſeſſionisque apprehendendæ facultatem, ſolenni inveſtiturâ, dedit vaſallo, inde etiam, proût ſubantea dictum, poſſidere vaſallus ſuô quidem *animô*, domini autem *corpore* (h. e. civiliter per ſemetipſum, *naturaliter* per dominū) non poteſt non intelligi. *add. l. 77. ff. de R. V. l. 7. l. 18. C. de denot. l. 18. ff. de A. poſſ. junct. l. 3. §. 12. l. 9. Eod.* Maſcard. *3. de prob. concl. 1190.*

§. 11. Poſtremò ne nihil inexcuſſum relinquamus, minimè portò obſtare, ex præmiſſis liquet, quæ ſententiæ noſtræ objici maximè conſueverunt: uti (1.) text. *in 11. F. 7. §. 1. & 26. §. 5.* ex quibus conſtare ajunt, quòd *poſſeſſio per inveſtituram abuſivam non transferatur* addimus

m⁹ ſimiles *in 1.F.25.11.F.2.pr.& §.1.8.pr.35.88.*ſit.*c.5.X.de donat.&c.* Et ſanè evincunt omnes, poſſeſſionem penes dominũ, *jam factâ licet inveſtiturâ*, ſæpi⁹ remanere. Equidẽ an text⁹ iſti de *noſtra inveſtitura* accipiendi ſint, nos in dubiũ vocare nolumus, vocare autem, qui *duplicem* faciunt, & non *hanc*, ſed *ſpeciem* ei à ſe *oppoſitam*, pro *vera & propria* inveſtitura habent, jure poterant; memores, quòd *ſimpliciter quid prolatum*, ex dicto Galeni, *jung. §.1.de I. N.G.& C. præſtantiſſimum in eo genere ſignificare ſoleat*. De cætero facilis eſt reſponſio; & patet nimirum *dd.tt.* de *corporali poſſeſſione ſ. detentione facti* loqui, quã *ſymbolicâ traditione* nõ tranſire ipſi jã ſumus largiti. Fortè et. dominus *pœnitens* utramq; poſſeſſionẽ retinuit in caſib. *d.textuum*; certè de *II. F. 26. §.5.* id manifeſtum; *confer. d.§. 11.n.2.* quâ causâ adverſus cum interdicta comparavere noſtri. *fac.l.1. §. 23.ff. damn. infecti. & §. praced. ſub fin.*

(2.) Quod *majus* ſit *poſſeſſionem* dare, quàm *inveſtituram* concedere. *c.1. C. 16 q.2.* Cujac. *in 2.F.2.* cui tantopere id placuit, ut bis repetierit. verùm ad hoc ipſi illi, qui aliàs eandem cum Cujacio fovent ſententiam, pro nobis reſpondent; ab *inveſtitura eccleſ.* ſcil. ad *feudalem*, hac quidem in re, non licere argumentari. *vid.* D. Struve *d.c.8.a.9.n.6.* Et bene iſtud; nam ſi argumentari ita permitterent, quod volumus, darent nobis: nimirum uti eccleſ. inveſtiturâ, *vid.* Joachim. Stephan. *lib. 4. de jurisdict. c.12.n.16. ſeq.* Finchelth. *c.2. de j. patron. n. 16. ſeq.* Carpzov. *1. IP. Conſiſt. 52.n.1. ſeqq.* D. Struv. *d. l.* ita & feudali poſſeſſionem transferri. Sed annon *d. c. 1.*, quat. in eo *inveſtitura* à *poſſeſſione* diſtinguitur, & iſti doctrinæ contradicit & noſtræ hypotheſi? Neutiquam.

tra-

tradi ſiquidem *poſſeſſio* alicujus beneficii Eccleſiaſtici, non ſecus ac feudalis poteſt, inveſtiturâ in aliud tempus ſervatâ. prout videmus officia & dignitates, ipſas etiam Imperialem ac Regias, Epiſcopatus &c. cum omnibus emolumentis & juribus annexis, realiter conferri & obtineri; inveſtitione, coronatione, inauguratione, Inſtallirung/ Aufführ- und Vorſtellung &c. poſtea demum ſubſequente. Vaſalli hodie, antequam vel petant inveſtituram, plerunque aliquandiu jam poſſederunt feudum: adeò ut, inveſtituram prorſus omittendo, rem pro allodiali quandoque uſucapiant, de quo *l. ſuô locô.* Olim naturalis rei *traditio* præ-*mancipatio* ſolennis ſuccedebat &c. *vid. ſup. §. 2.* & *4.* Si autem *vertatur res*, quærique velit: an inveſtiturâ ritè peractâ non tranſeat poſſeſſio? aliter quoque & *ſecundum ſuperiora* reſpondendum, quæ iterare nolumus. *Majus* autem quid poſſeſſio quam inveſtitura *in eod. c.* dicitur non *abſolutè* & in ſeſe, ſed *relatè*, & quid. liberalitatis in tradente atque inde ad accipientem dimanantis commodi intuitu. *expend.* verba, *facilis* fuit in *dando* charitas; ſancta *largitas*; moliebatur *lucrari*; ex *toto auferre. in d. c. 1.* & quis dubitet *majus* quid eſſe & *utilius rei* dationem, quàm dationis ſolennem affirmationem; præſertim ſi citra hanc illa ſubſiſtat. Imò *re* per titulum donationis v. g. mihi *ſimpliciter datâ*, ſi deinceps *inveſtitura feud.* accedat, non *maj⁹* reddi ſed *min⁹* jus meum ac emolumentum liquet.

§. 13. Quantum v. ad argumenta eorum, qui & *utilis dominii tranſlationem negant*; videtur ſanè, noſtram ſententiam nudè ponere & iſta refellere, ferè unius eſſe operæ. Sic enim illi inter alia: *Dominium ſine poſſeſſione non acquiritur. Atqui inveſtitura abuſiva fit abſque*

 poſſeſ-

poſſeſſione; manifeſtè enim ab ea diſtinguitur. *ſup. §. 12. pr.* *Ergo.* Item: *ſi fictam traditionem contineret inveſtitura abuſiva, per eam non tantùm jus feudi, ſed & poſſeſſio transferetur. atqui poſſeſſio non tranſfertur. Ergò. &c.* Modò enim utrobique, quæ nec aliter ex noſtra ſententia poteſt, negetur minor; porroque *inveſtituram abuſivam* à poſſeſſionis *reali traditione* non ſecus, ac *traditio* ficta ſ. *civilis* à vera & *corporali* ſolet, diſtingui excipiatur; *Add. d. §. præced.* res erit confecta. nec opus, ut in oppugnandis *propoſitionibus* deſudemus cum Hunn. *c. 11. q. 1. in Reſp. ad arg. 2. 5. & 6.* Finckelth. *D. 7. §. 3. lit. a. Reſp. ad obſt. 1. & 2.* quinimo poſteriorem *propoſitionem* ſup. *§. 8. verſ. deinde.* noſtræ ſententiæ ſuſtinendæ ipſi adaptavimus.

§. 14. Summa diſſertatorum iſthuc omnis redit. *Feudi*, pro *jure in re* accepti & *quà talis*, cauſa prop. efficiens *civilis ac propria* eſt *inveſtitura*, eaque *ſolennis* & *unica*; ex *11. F 2.* (*rituum* quorundam, non quatenus *ſolennitatis* partem conſtituentium, ſed quatenus *ſingularis traditionis* vicem fungentium contemplatione, ipsâque proinde non *huc* ſed ad *poſſesſionis cauſam* pertinente) *abuſiva* vetuſtô errore habita & nuncupata. *Naturalis* & *communis* eſt vel *ult. voluntas*, vel *traditio* cũ *titulo idoneo* ſive *particulari* ſ. *univerſali* conjuncta. *c. præced. §. 10. Univerſale* intelligimus *hereditatem* cùm ex teſtamento aut alio teſtamenti vicẽ habente negotio, tũ ab inteſtato: de quo *l. pecul. c. Particularẽ*, non tantùm dominii translativum, ſed & alius generis, v. g. contractũ *pignoris*; quando ſc. debitor rem ſuam creditori tradit, ut is in ea vel *utile dominium* vel quoque *directum* (quem caſum omittunt Noſtri) jure feudi ſimul ac *pignoris* habeat. *1. F. 11. & 28.*

Reuſner.

Reuſner. *D.2.n.66.D.6.n.9.ſeqq.* Wurmſer *de feud.improp. cl.3.ſ.7.* D. Struve *c.4.n.14.* &c. Germ. Pfand-Lehn appellatur. & ſic cum jure *feudi* jus *pignoris* & cum contractu *feudali* contractus cùm *pignoratitius*, tùm *mutui* vel ſimilis, quô in creditum eatur, quandoque etiam *pactum hypotheca*, concurrunt ſ. conjunguntur.

Poſſeſsio autem *rei feudalis*, uti cum *dominio*, ſive directo ſive utili, & *uſufructu*, ita & cum *jure feudiſtico*, cujus cauſas effic. indagamus, nihil quicquam commune habet. non magis ac *poſſeſſio rei* emphyteuticæ cum *jure emphyteutico*, *rei* oppignoratæ cum *jure dotis* &c. Ut proinde *unum* abſque *altero* conſtitui, haberi, transferri & amitti poſſit; nec *poſſeſſionis* rerum feud. alia cauſa effic. quam *rerum allodialium*, utpote quarum poſſeſſio ab hac nullâ re niſi *diverſâ objecti qualitate* (hîc tamen niſi forſan in *ſignis* iſtud *repræſentantibus* diverſitatem non importante) differt, cogitari fingivè; *cauſæ* denique *conſtituentes* ipſius *feudi* cum *cauſis* ſ. modis acquirendæ transferendæque *poſſeſsionis* nullô modô permiſceri debeant.

§. 15. Quamvis interim uſu veniat, ut quemadmodum aliàs eadem *traditio* & *poſſeſsionem* & per eam, ſi tradens dominus fuerit, plenum *dominium*: ſic quoque unus idemque actus, *ſolennis* puta *inveſtitura*, & *poſſeſſionem* & *dominium* utile directumque transferat. non quaſi *ſolennitas* illa modus ſit dominium poſſeſſionemque acquirendi, ſed quia ſolennitati *traditio*, quæ poſſeſſionis transferendæ modus eſt naturali legitimôque jure comprobatus, vel inter- vel accedere ſolet. Ita in ſtipulationibus certa *verborum formula* & contractus hujus *ſolennita-*

nitatem explet &, quatenus verba illa *promiſſionem* continent, *obligationis jus* producit. de *ritibus* vet. *mancipationis* & hodiernæ allod. *veſtituræ*, quod nempe ii & *ſolennitatis* vicem & *traditionis* fungantur, *ſupra* dictum. §. 4.

§. 16. Illa itaq; *traditio poſſeſſionem* dat: ſed non uno *tempore* & *modô*: *hic vel* antiquus ac *naturalis, propriam* & *veram* (aſt *ſenſuum* potius *externorum*, ſæpe iniquorum ac infelicium *veritatis* arbitrorum, quàm *mentis* & intellect⁹ noſtri ratione habitâ. *conf. ſup.* §. 7.) inveſtiturã noſtri appellant, qui apprehenſione & traditione rei *corporali*; vel poſtea adinvent⁹ *ac civilis, improprium*, fictũ & *abuſivum* vocant; qui vel nullâ præſenti fit ſed præteritâ in præſens extensâ, vel præſenti quidem, ſed ſignorum rei, non hujus ipſius apprehenſione, vel ſine omni corporis, aut utrinque aut alterutrinq; ceſſante, miniſterio. &c. *confer. c. praced.* §. 11. ex qua poſſeſſionis acquirendæ *modorum* diverſitate gemellæ illæ inveſt. ſpecies, *vera* & *abuſiva*, infauſtô partu, multos errores, tricas ac difficultates jurisprudentiæ feudali olim illaturo, prodierunt atque ad ipſum quoque inveſtituræ actum, utut non *poſſeſſionis* ſed *feudi* ipſius genuinam cauſam, obtorto velut collo pertractæ, eam bipartitò diſſecare compulſæ ſunt.

Quantum ad *tempus*; *prior* tradendi modus, prout ſolam *poſſeſſionis* & *dominii naturaliter conſiderati* acquiſitionem ſpectat, ita *inveſtitura, quam ſæpius diximus*, actum, tanquam dominii *feudalis* ſeu *formaliter conſiderati cauſam*, nihil attinet, ſed rectè eum comitatur vel præcedit vel ſequitur. ut verè ſcripſerit D. Struv. nihil intereſ-

ſe

ſe *c.8.a.2.n.2. Poſterior* aut incidit in *ritum* aliquem *inveſtituræ*, v.g. porrectionem annuli, pilei, &c. aut *alio* quôdam *modô* celebratur, puta *tradendo claves* &c. *hujus* eadem ratio quæ modi præcedentis. *ille* demum in & cum *inveſtitura*, utpote cujus *partem* ſimul & *ſolennitatem* facit, unà peragitur, ut tamen non eô reſpectu, ſed quô *traditionem* continet, poſſeſſionis operetur translationem. *confer. ſup. §. 14. & 15.*

§. 17. Antequam hinc abeamus, uno vel altero documento comprobare liceat, quod inculcatum imus, inter *poſſeſſionem naturalem* ejusque *traditionem* & *jus feudale* ejusque cauſam *inveſtituram ſolennem* diſcrimen tantum eſſe, ut quandoque citra *illam* & inveſtitura hæc rectè procedat & feudi jus acquiratur retineaturque. In feudis *rerum incorporalium*, præſertim corpori nulli adhærentium, *talem* rei *poſſeſſionem traditionemq́;* ceſſare, palam eſt: at tamen in iis *inveſtitura ſolennis* locum habet, & *feudi jus*, pariter ac in feudis rerum corporalium & reali poſſeſſioni interveniente fit, plenè conſtituit transfertque. Idem omnino de *ſtipendiorum* illis *feudis*, de quib. *ſup. c.2. §.1. n.2.* & de noſtratibus *Cavena, Camera, Soldata* (in quorum *prioribus* duobus jus *ſervitutis perſonalis* cum *jure feudi* concurrere videtur) pronunciandum; *II. F. I. 2. 10. 58. &c. add.* Wurmſer. *de feud. improp. cl.3. ſect.11. & 14.* Ludvvell. *de diviſion. feud. c. ult. p. 141. & ſeqq.* Sic dominus, ex quo inveſtituram facit, *ſuum* quoque *jus* in feudo, ſive hoc *oblatum*, ſive non ſit, perfectè acquirit, etiamſi nullum, prout in feudis oblatis maximè uſuvenit; vid. Guid. Pap. *deciſ. 272.* Fred. à Sande *tit. 1. ad conſuet. Geld. c.1. n. 8. 11. 13. ſeqq. ch. 77. & ſeqq.*

ap. Goldaſt. *2.rer. Alem.p.1.*, *corporalis traditionis* intercedat miniſterium; adeò ut nec poſtea, *jure* ſibi *ſuô acquiſitô* jam pridem & *exercitô*, rei infeudatæ *poſſeſſionem* obtinere ſtatuatur à multis, *vid. D. Cancell.* Anton.*p.m. D.13.§.5. lit. a.* Alv. Valaſc. quæſt. 18. *de jure emphyteut. n.6.* utut alii non tantùm juris ſed ipſius etiam *rei veram* poſſeſſionem, domino tribuant, eam tamen *civilem*, *naturali* ſcil. vaſallo transſcriptâ. Roſenthal. *c.8. q.1. D. Vultej. 11. F.1. add.* Greg. Bicc. *in l.3. v.5. ff. de A.poſſ. n. 110. ſeq.* Pro qua ſententia, quoad feuda *oblata*, egregiè facit *textus l. 28. C. de donat.* in quo is, qui alteri rem ſuam, ejus *uſufr. ſibi retentô*, donavit, in dotem dedit &c. quamvis non tradidit, veram poſſeſſionem tranſtuliſſe cenſetur. *junct. l.77. de Rei vind. l.18. de A.poſſ.* Odofred. *& alii Dd. in d. l. 28.* Maſc. *3.c.1195. n.1. ſeqq.* Don. *&* Hillig. *lib.5. comm.10.* Inde uti *retentio uſusfr.* poſſeſſionem, eamque veram & civilem ſeu cum animo dominii conjunctam transfert; ita eandem juris ſ. dominii utilis *emphyteutici retentione* non ſecus transferri, Noſtri colligunt, *poſt* Aret. Alex. Jaſon. Rebuff. Maſcard. *d. c. 1195. n. 6.* Quidni ergo in retentione juris ſ. *utilis dominii feud.*, quod uſusfr. quidam eſt, *2.F.23.* idem ſtatuamus, cum Iſern. *1. F. de controverſ. feud. loc. 2. n. 14.* Marin. Frecc. *2. de auctor. & pot. Baron. &c. q. 18 n. 6.* & clariùs Matth. de Afflict. *in II. F. 2. text. 1. n. 6.* Joann. Hegenit. *lib. 1. de poſſeſſ. c. 6. n. 22.* eſt enim *jus emphyteuticum feudali* plenius ferè & fortius, cùm emphyteutæ fundum vectigalem oppignorare, vendere & aliis modis alienare liceat. *§. 3. I. de Loc. cond.* & *duo hæc* cùm aliis rebus non paucis, tùm præcipuè *effectuum* ratione convenire notum ſi. *vid.* Schi-

Schickard. *Log.jur. t.19.n.59.ſeq.*Barbos.*lit.A.n.49.*Alv. Valaſc. *d.comm.q.38.* Accedit,quòd feudi poſſeſſionem *conſtitutô poſſeſſoriô,*cujus ſpecies eſt *retentio* illa,transferri ſtatuunt. Iſern. *in 2.*F.*2.p.200.ibiq; not.lit.*|*M.* Frecc.*d.l.* Afflict. *d.n.6.&ſeq.&c.* & quod ejusdem generis poſſeſſionem vaſallo ac emphyteutæ tribuunt; alii quidem *naturalem*; Harprecht, *in* §.*3.I. de Loc.cond. n. 254.ſeqq.* D.Hahn. *de j.rer.*§.*63.n.15.ſeqq.add.* D. Bicc. *d.comm.p.1. n.112.ubi rem emphyteuticam ab Emphyteuta nec naturaliter poſſideri,ſed nude tantùm detineri contendit,& per l.2. C. de præſcr.30. vel 40. ann.junct.l.17.* §.*ult.& l.37.ff. de pign. act.probare vult.*alii verò,qui magis placent, *civilem* aliquam; utpote *animô* jureque cujusdam *dominii* ſubnixam.

Ex contrario igitur iisdem rationibus efficietur, *proprietatis* factâ *retentione,*prout in feudis *non oblatis* ſolet, poſſeſſionem in vaſallum non transferri:quia ſc.iſtâ retentione non cenſetur traditio uſusfr. & poſſeſſionis fieri; tùm per *l.3.pr.de uſufr.* tum per rationem , quòd proprietas ſit dignior , nec æquum, ut ea uſuifr. ſerviat. Bald. *in 11.*F. *2.verb.abuſiva.* Afflict.*ibid. n.6.ubi & aliam rationem,nempe quòd proprietas ſit res incorporalis,adducit.* Maſcard. *d.c.1195.n.45.* Verùm ut in *uſufructu* res ita habeat; non quidem allatâ ſed hac ex ratione, quod dominus,nec ſi rem uſufructuario,ſibi retentâ proprietate, etiam corporaliter tradat,poſſeſſorem eum faciat,vel potiùs,cùm uſufructuarius non poſſideat, §.*4.I.per quas perſon.*facere non poſſit.*confer.apoſtill.ad Bl.d.l.lit.a.*ibi:*quod nō ſic adeſt in eo,qui retinet proprietatem , quatenus proprietarius non dicatur poſſidere nomine uſufructuarii.* Aliud

M 2 tamen

tamen in *feudo* tentari eâdemque firmari ratione poſſet: nam in hoc utiq; vaſallus, imò potiori jure quàm dominus poſſidere à multis creditur. *per §. 2. 11. F. 8.*

Quæ nunc omnia non tantùm ſententiam illam noſtram, quòd *per inveſtituram abuſivam tranſeat poſſeſſio*, denuò confirmant; ſed quoque *verbali* eundem propè tribuendum effectum, proindeque de ea *c. præced. in fin.* dicta temperanda eſſe ſuadent.

§. 18. Sed & ipſi *Dd.*, Verbali inveſtiturâ poſſeſſionem non transferri, *communiter* ſtatuentes, opinionē ſuam limitant, (1.) in Principe id volente ſeu agente, ut poſſeſſio transferatur. Bald. *c. 1. §. inveſtitura. de nov. form. fidel.* Jaſon. *in l. 15. C. de R. V.* Afflict. *in 1. F. 3. n. 18. & de contr. inveſt. n. 6. ſeqq.* Alleg. *in vol. 3. conſil. Marpurg. 35. n. 23.* Wiederholte Summar. *deduct.* des Chur-und Fürſtlichen Hauſſes Sachſen *§. 6.* ibi: welche Wort (wir leihen *&c.*) eine *veram & propriam inveſtituram, quæ fit cum poſſeſſionis & dominii utilis translatione* mit ſich bringen / *&c. add.* Pacif. Oſnabr. *art. 10.* Diſs. Ern. Cothman. *4. Reſp. 15. n. 21. ſeqq. n. 274.* Vult. *1. F. 10. n. 20. n. 30. ſeqq.* (2) quando ſimul traditur inveſtituræ inſtrumentum. *arg. l. 1. C. de donat.* Afflict. *in 2. f. 2. pr. n. 2.* Dyn. *in c. 1. de R. I. in 6. n. 34.* Gail. *2. obſ. 152. n. 15.* quod *Inveſtituram* quoque vocant *1. F. 58. & Dd. communiter, in vulg. dictis. inveſtituræ tenorem inſpiciendum; inveſtituram primam indicem eſſe atq; cynoſuram ſequentium &c. item breve teſtatum, 1. F. 2. 3. 4. §. 1. &c.* Bocer. *c. 4. de inveſtit. n. 68. ubi* periculum *quoque* & breviculum *vocat. legitimas tabellas*, Günther. Ligur. *de reb. geſt. Imp. Frid. I. firmitatē & ſecuritatē.* Goldaſt. *tom. 1. rer. Alem. p. 1. not. in caſ. Ratp. c. 5.* Lindenbrog. *Gloſſar. v. firmitas.*

mitas. Voſſ. *lib. 3. de V. L. S, c. 12.* add. *l. 3. C. de V. S.* Caſſiodor. *3. Epiſt. 33. infeoffamentum* ſ. *chartam* Scoti & Angli. Crag. *2. F. 2. & 3. Neapolitani privilegium* & quandoque *oraculum*: ex aliis Vult. *1. F. 7. n. 57.* Germani Lehen-Brief:

Quæ limitatio ſi rectè habet, hodie nunquam ferè non per *inveſtituram hujuſmodi verbalem* tranſibit dominium & poſſeſſio, cùm ubivis, experientiâ teſte, receptum ſit *literas inveſtit.* tradi vaſallo; adeò ut petenti denegare dominus non poſſe ſtatuatur: Roſenthal. *c. 6. q. 67. lit. a.* Schneidevv. *p. 4. n. 29. p. 5. n. 117.* Weſenbec. *c. 8. n. 15. & 31.* Bocer. *d. c. 4. n. 74.* Vultej. *1. F. 7. n. 55. & ſeq.* Beſold. *theſ. pract. lit. L. n. 29.* Knipſchild. *de oblig. Dom. erga vaſall. quæſt. 1. n. 28.* Sondern es iſt der Lehen-Herr ſchuldig / dem Lehen-Mann oder Lehens-Folger / bey zutragenden Fällen / Lehen-Brieffe / in gewöhnliche Form (nach dem vorigen tenor, eſt in *Capitul.* Cæſ. loc. mox alleg.) unweiger- und ſchrifftlich zuertheilen. jung. *Capitul. Ferdin. III. art. 42. Ferdin. IV. art. 40. Ferdin. II. & Imp. n. Glor. D. Leopoldi art. 39. Matthiæ art. 40. ibiq; Limn.* prout ex adverſo vaſallus antapocham ejuſdem argumenti, *literas reverſales* ſeu *reverſalia*, Lehens-Reverß / vulgo appellant, domino reddere tenetur. Schneid. Weſenb. *dd. ll. D.* Cancell. Anton. *D. 8. th. 9. lit. E.* Vultej. *d. n. 56.* Roſenth. *d. q. 67. lit. e.* ubi de quotidiana ac univerſali Germaniæ & aliorum locorum conſuetudine teſtatur.

§. 19. Quòd ſi rectè advertere animum placuerit, idem de *verbali inveſtitura*, eâque vel cum vel *ſine ſcripto* celebrata, quod de *ſymbolica*, pleroſque Dd. maximè quantùm ad utriuſque *effectum*, ſentire ac prædicare, imò *verbalem* cum *ſymbolica* confundere aut ſaltem æ-

què *illam* ac *hanc* pro *abuſiva* ſeu *abuſivæ* inveſtituræ *ſpecie* habere deprehendemus. *vid. dd. ſup. §. 8. & 11. alleg.* Doctiſſimus *Bocerus*, ex profeſſo hac de re agens, ad *ſolennis* ſeu abuſivæ *inveſtituræ* ſubſtantiam S. *formam eſſentialem*, de *ſymbolis* & *ſignis* prorſus diſſimulans, præter hæc tria, *verbalem* ceſſionem, *fidei* promiſſionem & *teſtificationem*, nihil requirit. *c. 4. de inveſt. n. 3. 4. 49. & per tot.* Conſentiunt hactenus cæteri. Vid. Reuſner. *D. 5. n. 29.* Gudelin. *p. 2. c. 5. & ſeqq.* D. Struv. *c. 8. a. 5. a. 1. n. 5.* qui tamen nonnihil abire videtur: uti & Zoëſ. *c. 6. n. 4. & 27.* Vultejus diſertè addit: præter verba *interdum* adhiberi *notas* ſ. *ſigna*: quod in *majoribus*, ait, *feudis* ſemper *puto* fieri ſolitum & quidem *neceſſariò*; in *minoribus*, utpote quæ tanti momenti non eſſent, *non neceſſario*, ſed *ex arbitrio* contrahentium, imprimis a. *inveſtientis*. *1. F. 7. n. 51. add. n. 51. add. n. 52.* Giſan. *c. 10. n. 9.* Arum. *D. 3. θ. 3.* Gudelin. *p. 2. c. 6. n. 9. & 10.* Phil. Knipſchild. *d. q. 1. n. 29.* inveſtituram *verbalem* & *abuſivam* pro eadem habens ita loquitur: Wann die Belehnung albereit abuſivè, das iſt / allein mit Worten geſchehen / und das Lehen dem Lehenmann mit Worten überlaſſen. &c. add. Matth. de Afflictis *in 2. F. 2. n. 4. junct. n. 6.* Tacemus alia & alios. omnibus ergo propè rationibus, quæ *ſymbolicâ* inveſtiturâ poſſeſſionem transferri probant, *vid. ſup. §. 8. & ſeq.* idem & de *verbali* probaretur. quod quidem in feudis *rerum incorpor.* & ſicubi *conſtitutum poſſeſſorium* ſive expreſsè ſive tacitè intervenit, utpote præter *nuda verba* nihil deſiderans, nullum habet dubium. conf. *ſup. §. 8. & 11. fin.*

§. 20. In univerſum autem pro iſta ſententia ulterius facit. (1.) quòd uti in locum *traditionis feudorum*

rum corporalis in re præſenti fieri olim ſolitæ, ex quo in eam venire minus fortè commodum aut decorum viſum fuit; item poſtquã varia jura, quæ, cùm incorporalia ſint, non niſi extraneo quôdam ſigno tradere capereq; licuit, in feudari cœperunt, repræſentativa & *ſymbolica* ſucceſſerit. *conf. ſup. §. 7.* Gudelin. *p. 2. c. 6. n. 2.* ita in hujus locum, priſcis ſolennitatibus & fictionibus ſenſim magis magiſque in deſuetudinem abeuntibus, *merè verbalis* ſurrogata, eôdem ſemper, uti ex ſurrogationis natura ſolet, rei juriſque manente effectu, videri queat. Veteres enim, rituum ejuſmodi & ſolennitatum ſtudioſi, in pleriſque alicujus momenti negotiis & maximè in variis *jurium, tàm perſonalium* quàm *realium*, conſtituendorũ modis illos aſſiduè uſurparunt: *vid. ſup. §. 1. allegati AA.* quas econtrà inhis talibus incurioſa & ſimplicitatem naturalem præferens poſteritas non minori ſtudio contraxit, ſummovit, exploſit; jam externorũ rituum locô *literis verbiſq;* ſolennibus ſuffectis, jam horum quoque *formulis* & apicibus reciſis, ut tamen *priſtinum* ſemper & ubique reliquerit *effectum*, exempla ſuccurrunt innumera, nuptiarum modò, manumiſſionis, emancipationis, ceſſionis in jure, actionum denique ipſarum & judiciorum meminiſſe velimus. Aliam itaque *inveſtituræ noſtræ* fortunam non fuiſſe, admodum eſt credibile, ipſaque rerum ſeries hactenus expoſita ſubinde inſinuat. Neque jus naturæ vel gentium hactenus repugnat, quatenus eõ dominium *nudis verbis*, maximè ſcriptis, *confer.* Selden *6. de j. N. & G. &c. c. 5* poſſe transferri communiter putatur. *ſup. §. 9. (2.) text. in II. F. 33. ibique* Iſern. Afflict. *n. 1. 4. & alii.* D. Struv. *c. 8. a. 1. n. 4. a. 3. n. 3.* Kirchheim. *in Diſp. ſub præſidio magnifici* Dn. Tabor. (cujus auctoritatem hîc meritò magni facimus) hab. *Ichnogr. Feud. n. 32, & 40. (add. n. 31.* ibi: *verbalis* non dicitur in oppoſitione ad

ad poſſeſſionem, quaſi *nulla poſſeſſio vaſallo ſic inveſtito confera-tur. &c.*) Meier. *de vindic. Feud. n.* 14. Opponi quidem ſolet 1. *F.* 25. ſed in *hoc* tantùm conceſſio proponitur *citra* ullam *inveſtitu-rã* facta: cùm exadverſo in ſpecie *d. c.* 33. vera & *ſolennis inveſtitu-ra* omnino intercesſerit, utcunque *minùs plenè* & *ſolis verbis*, abſ-que ſymbolis (ad ſubſtantiam quoque inveſtituræ ſolennis non pertinentibus *§. praced.*) celebrata, ac proinde *merè verbalis* fue-rit. quod genus hodie in feudis minoribus frequens eſſe, expe-rientia docet: & in *§. praced* jam monitum. quæ & eadem docet, in *majoribus* & *regalibus*, Fahn-Lehen/ ſolum hodie *enſem*, omiſ-sô vexillô, adhiberi utplurimum & tamen validam ejusdemq; vir-tutis eſſe ac ſolenniorem illam inveſtituram, quæ fit per gladium & vexillum ſimul. *vid.* C.P. de S.R.R. *vol.* 1. *D.* 7. *c.* 18. *lit. H.* Limn. 4. *I. p. c.* 7, *in addit. n.* 32. D. Reinking. 1. *de R. S. & E. cl.* 4. *c.* 16. *n.* 12. *& ſeqq.* Theod. Höping. *c.* 2. *de I. inſign.* §. 4. *n.* 213. *ſeqq.*

§. 21. Denique utrique inveſtituræ ſolenni tàm *ſymbo-lica* quàm *nuda verbali* commune eſſe docemur, ut ſi ea ſuper feudo nondum vacante (*exſpectativam*, vulgò appellant, *exſpe-ctantz*, Anwartung/ Geding/ Angefäll; & merè verbalem cum Meiero in *§.* 11. *c.* 4. nos diximus) interpoſita fuerit, nullum *in re jus* inde acquiratur. Alii tamen hoc limitant in caſu, quo *conceſ-ſionis tabula*, die Anwartſchaffts-Verſchreibung/ nõ *promitten-di* ſeu nudæ *cõventionis*, ſed *tradendi* & *realis ceſſionis* verba conti-nent, atq; unà clauſulam, dann als jetzt uñ jetzt als dann/ *ex nunc ut ex tunc*. vid. wiederholete Summar. Chur- und Fürſtliche Sächſ. Deduct. *ſup. cit. fund. ſeu §.* 6. *& in refut. object.* 9. *item* ausführl. Deduct. *de Anno* 1660. *in fund.* 1. D. Vult. 4. *conſil.* 46. *n.* 116. *ſeqq. junct. n.* 316. *add.* Pacif. Oſnab. *§.* 11. *verſ. ſimiliter.* Et verò, quamvis ad *Exſpectativam* non requiri *ſolennia inveſtitura* largiamur; de quo D. Struv. & D. Cotrej. *in Diſp. de Exſpect. c.* 20. ſicubi tamen hæc acceſſit, accedere autem non raro uſus teſtatur, neſcio ſanè, an non in univerſum ejuſmodi *inveſtitura* major vis ac efficacia, quàm ſimplici *pactioni de inveſtiendo* de-beat attribui? ſed cogitabimus aliàs; nunc manum de tabula.

Digitized by Google

CAPUT VI.

§. 1.

DE *inveſtitura* tanquam *propria* juris in re feudalis *cauſa effic.*, quantum noſtro inſtituto in præſenti ſatis eſt, vidimus. cætera ex aliis, quorum peculiares de inveſtitura extant commentarii, petere licebit. cuncta ſiquidem huc pertinentia conſcribillare & proletaria quævis ulteriorem aliquam penitioremque meditationem haud deſiderantia, electis noſtris infercire, quàm minimè nob. ſit propoſitum, præced. ni fallor tractatio commonſtrat. Tranſimus ergo ad *communem cauſam effic.* ejusque, illas partes, de quibus operæ pretium eſt itidem preſſius ut philoſophemur atque conſilii noſtri rationibus conveniens. Vbi præ cæteris occurrit *ſucceſſio*, & præcipuè quidem *hereditaria*; quam & pro hujus generis cauſa *ſupra* agnovimus, *reſpic. c.4. §.10.* & in non paucis à juris allodialis regula deviare conſtat: Sed pedem figere jubet & quâ cœpimus vitâ petrecturos ſufflaminat ſubtilis quorundam dubitatio. ajunt enim; diſtinguendum eſſe inter *traditionem ipſam* *l. F.17.18. 28.* & *modum tradendi*: *illam* ad *efficientem*, *hanc* ad cauſam *formalem* pertinere. Diſſentire Vultejum *in Exeg.* qui *hanc* cum *illa* confundat: eumque *errorem* etiam alios Deſcriptores errare & ſequi. Item: *inveſtituram*, quate-

N nus

tenus ea *certis ſolennitatibus* peragitur, ad *formam* feudi conſtituendi, non ad *cauſam effic.* pertinere &c. Quæ ſi ſic habent; & verò *ſucceſſio* non eſt traditio ipſa, ſed *modus* tradendi ſ. *acquirendi feudi*: de ea non hic ſed in *cap. de forma feudi.* quô - etiam locô de *inveſtituræ ſolennibus*, quod alienô à nobis jam factum, agi oportuiſſet. Verum enim verò uti quælibet res moralis ita quoq; *traditio* ac *inveſtitura*, quod nec negant illi, ſuas habent *formas, modum, ſolennia.* quæ ſanè *formæ* aut ſolennia à *rebus* quas informant firmantque, *inveſtitura* ſc. & *traditione* ſeparari non magis poſſunt debentque, quàm cum forma *rei*, cujus illæ *cauſa effic.* ſunt, *feudi* puta, eædem ſtatui aut permiſceri. Quis toleraret nos, eandem *architecto*, nempe *ædium* cauſæ effic. & *ædibus* ipſis *formam* aſſignaturos aut de *forma architecti* non niſi eôdem locô, quô de *forma ædium*, agendum eſſe poſtulaturos? Viderint ergo, quomodo quam aliis impingunt effugituri ſint *confuſionis* dicā, qui *formam inveſtituræ* & *traditionis* cum *forma* ipſius *feudi*, ſive re ſive tractandi ratione, & ipſi conjungunt, an confundunt, & aliis, ut idem faciant, auctores exſurgunt. Nos rectâ progrediemur: ut præſertim, quod alii objecturi videbantur, nimirum *ſucceſſionem* non *conſtituendi*, ſed *conſervandi* continuandi aut tranſmittendi *feudi* modum eſſe, *ſup. c. 4. §. 6. n. 9.* jam declinavimus. Sed & ibi traditorum veritas ex nunc dicendis ulterius eluceſcet.

§. 2. *Succeſſio* quid vulgò & jamdudum prævalenti quâdam acceptione, *v. l. 5. §. 2. ff. de itin. act. & c. l. 9. §. 1. de Edend. l. 13. §. 4. de A. poſſ.* ad *hereditariam* ſolam refertur, ita ut *hac* illico, quando *ſucceſſionem* audimus, ani-

animum noſtrum ſubire ſoleat. Neque nos conſuetudini iſti intercedimus. caveri ſaltem velimus, ne tritiori in ſignificatu nominis uſus hujusque tyrannis, quemadmodum ſincerioris cùm ſcientiæ unàque veritatis & juſtitiæ multiplici diſcrimine non raro ſolet, ſiniſtras erroneasque de re ipſa conceptiones nobis inſinuent, atq; adeò quæ eadem ſunt diverſa, aut quæ diverſa eadem ut reputemus, perſuadeant. Siquidem pro certo tenendum, *vivis* æquè *ſuccedi* ac mortuis: atque non *particulari* tantùm ſed & *univerſali*, qualis ſc. ex mortis cauſa *hereditarius* eſt, titulô. Nec abnuunt veteres JCti hoc ſentiendi loquendique genus. ſed in locum alterius non *hereditate* ſolâ, verum *emptione* quoque, *donatione, aliove quô jure ſuccedi*; *l.17. §.4. de pact. l.14. §.1. ff. de diverſ. & temp. præſcr.*. niſi quod ſucceſſione *particulari*, quæ plerunq; *inter vivos* eſt, venientes *in rem*, *univerſali in jus* vel *per univerſitatem* ſuccedere dicunt. *l.8. de jurej. l.19. §.5. de Æd. ed. l.3. §.1. de except. rei vend. d. l.19. §.1. l.1. §.13. ff. quod leg. l.54. de R.I.* Diverſa abhinc non multùm eſt diſtinctio *ſucceſſionis in locum* & *ſucceſſionis in jus*: quarum *illam* ad *corporalem occupationem* referunt, & propterea *naturalem*; iſtam ad *jus* poſſidendi ſ. *poſſeſſionem civilem*, & ex eo ſucceſſionem *civilem* vocant. Cujus item diſtinctionis in *materia feud.* inſignis eſt uſus; vel ipſis in *quæſt. ſup. excuſſis* de *inveſtituræ* effectu quoad *dominii* & *poſſeſſionis* translationem. confer. A. Faber. *Conſult. de Duc. Montisferr. p.1. f.87. ſeq.* D. Reink. *1. de R. S. & E. cl. 4. c.18. n. 48. ſeqq. & in fin.*

§. 3. *Inter vivos* quidem *per univerſitatem* ſuccedendi ſpecies præter *arrogationem* nulla ſupereſt §. 6.

ibi: *vel ſi quem adrogaveritis. l. per quas perſon. cuique acquir.* quamvis & iſta in uſusfr. conſtituendi modum poſtea mutaverit. *§. 1. & 2, I. de acquiſ. per arrog.* Arrogatori autem vaſallus filius, in patris feudalia bona omnia & ſola ſuccedens, eat. eſt ſimilis, quatenus & hic jus feudi ſ. *uſum fructum*, ut ſic dicamus, *feudalem* in toto illo patrimonio, aſt *plenam poteſtatem* nulla in re nanciſcitur. Cæterum cùm ne quidem *filii* arrogati in patris arrogatoris bona feudalia ſuccedant; *II. F. 26. §. 4. verſ. Adoptivos.* multò minùs pater, cui nullum hoc jure ſuccedendi jus, arrogati à ſe filii bona feud. acquiret, cui interim uſumfructum ſaltem eorum competere, iisdem argumentis, quibus patri uſusfructus feudorum filio ſuo conceſſorum adſtrui ſolet, de quo *in fin.* probari poſſe videtur. Nec officit, quod de *ſucceſſione aſcendentium* feudis incognitâ injecimus. Siquidē ab *hæreditaria ſucceſſione* in *univerſum jus defuncti* ad *acquiſitionem uſusfructus* bonorum *viventis* tracta quô ſtringat collectio nervô, haud apparet.

§. 4. Succeſſionem ex[illegible]s, cum hæc genuinum *inter vivos negotium* ſint, ad ſpecies *univerſalis inter vivos ſucceſſionis* quis referret; vulgo autem hereditatis inſtar habere ea creditur. nec malè, quoties *ſucceſſio univerſalis*, h. e. cum *titulo jureq́. heredis* conjuncta, pactô defertur deferrivé vult. *1. F. 17. 18. 28.* quale quid tamen, utcunq; verba præportent, v. g. de *hereditate* ſ. *univerſa* paciſcentiū ſubſtantia & *in caſum mortis* diſponatur &c. non ſemper fieri exiſtimandū; ſed finis, intentio, materia, effectus & alia circumſtantia oculo curioſo luſtrari prius, quàm quicquam hîc definiatur, omniumq́; eorum ductu, quis verus titulus, ſingularis ne an univer-

ſalis, perquiri ac indagari oportet: de quo in *Diſp. noſtr. 4. ad Inſtit. obſ. 4. n. 13. ſeq. n. 30. ſeq. p. 2.* Cùm enim *mores hodierni* (quos paſſim hîc appellant) à jure communi, ultra quam res exigit, non ſejungi, ſed ad ejus analogiam, prout in *pactis ſucceſſorius* jure *militum* ſingulari ſummèque favorabili conditis ipſi Impp. exemplum prævivere in *l. 19. C. de pact.* commodâ interpretatione reduci debeant; nec etiam pacta hujusmodi *actibus inter vivos*, utpote *hereditatem* dare omnino ineptis, aggregari queant; ea utique rectè atque ordine videmur *ult. voluntatis ſpeciem* quandam interpretari. Ex his igitur pactis obveniens hereditas *teſtamentariæ* quidem inſtar erit; at non *directa*, qualis ſc. ni ſi *teſtamentô* vel *lege* non defertur, *d. obſ. 4. n. 19.* ſed *obliqua* ſ. *fideicommiſſaria.* quæ tamen, ſi *familiæ conſervationem*, uti ferè ſolent, reſpexéri paciſcentes, adeòque res pactô comprehenſas alienare noluerunt, detractioni Trebellianicæ obnoxia non eſt. *Auth. ſed & in ea. C. ad L. Falcid.* Beſold. *conſ. 133. n. 83. ſeq.* Philip. Knipſchild. *c. 6. de fideicommiſſ. famil. n. 165. ſeq.* Quod ſi pactis ſucceſſoriis S. Cæſ. Maj. *confirmatio ſpecialis* acceſſit, prout hodie *Confraternitatis, Ganerbinatus* & aliis *familiæ* ſeu Gentilitiis conventionibus, den Erbverbrüder- Erb- und Stamm-Vereinigungen/ Burg-Frieden/ Erb- und Stamm-Verträgen &c. (inter quæ vocabula hoc videtur eſſe diſcrimen, quòd *Confraternitatis*, Erb-Verbrüderung à qua Erb-Vereinigung plurimum differt, *latè* Pet. Ritter. *ap.* Arum. *1. Diſc. 22. th. 11.* reſtrictior & inter *Illuſtriſſimos*; reliquorum generalior & inter *cæteros* maximè uſus ſit. ſolent enim politicâ ac *curiali* quâdam *ſubtilitate* hæc talia ſollicitè diſtingui. Sic in ſimili *familias* apud *Principes* & *Comites*

dici Häuſſer/ apud *Nobiles* v. Stämme/ tradit Knipſch. *c.1. de fideic. fam. n.67.* quæ tamen hodie ſtylus ita permutavit, ut Stam̃ de *Regiis* maximè & *Elector.* familiis prædicetur, uti in notiſſimis illis, geborne aus Königlichem &c. aus Churfürſtl. Stam̃ der Hertzogen zu Sachſen. &c. &c. Marckgrafen zu Brandenburg &c. contra Hauß etiam de *Nobilibus* uſurpari incipiat.) plerunque accedere conſuevit; illa in vim *legis publicæ* & *ſtatuti perpetui* valere tradunt. D. Reink. *l. de R. S. & E. cl. 4. c. 18. n. 10. ſeqq.* Nicol. Cauſen. *ap.* Klock. *vol. 3. conſ. 150. n. 3. ſeq. & n. 17.* P. Ritter. *d. D. th. 10. lit. e. & abiis alleg. add.* C. P. Giff. de S. RR. *vol. 1. D. 6. c. 29. lit. A.* Indè ergo competens ſucceſſio *legitima* potiùs quam teſtamentaria judicanda eſſet; prout quoque *ultimæ voluntatis* naturam ferè non obtinere pacta hæc, nec niſi mutuo conſenſu revocari poſſe cenſentur. D. Reinking. *d. c. 18. n. 18. ſeqq.* Cauſen. *d. conſil. 150. n. 10. ſeqq. d. Diſp. noſtr. 4. obſ. 4. n. 53. & præcedd.* quòd tantò magis hodie ſtatuendum, poſtquam generali, publica ac fundamentali Imperii lege, nimirum Glorioſiſſ. Imp. noſtri D. Leopoldi *Capitul. art. 6.* omnia ejusmodi pacta, quantum ad Status Imperii, die unter Chur-Fürſten und Ständen auffgerichtete Erb-Verbrüderungen (ita etiam habet das Concept der beſtändigen und gewiſſen Käyſerl. Capitulation *art. 1. verſ.* Soll und will auch &c.) confirmata & approbata ſunt. Quamvis accuratè loquendo *privilegia* potius quàm *leges* ſint: *hæ* enim de ſingularibus ſ. individuis ferri neſciunt. Sed fortaſſis non tam definitionem & *naturam,* quàm *effectum* rei aſpexêre Noſtri; quò ſcil. conveniunt *illæ*; cujusque intuitum redolet, quòd *tranſactio,* inter Sereniſs. Domûs Haſſo-Caſſellanæ Principes d. 1. Januar. 1654. inita

ita,pro *ſanctione pragmatica* & *ſtatuto perpetuo* coli cuſtodirique jubetur in R. A. de Anno 1654. §. Dennach auch 181. & *ſeq. add.* Pacif. Oſnabr. *art.* 16. §. *antepen.* ubi tranſactio inter Sereniſs. Domos Haſſo Darmſtad. & antè laud. Caſſel. d. 14. April. 1648. concluſa *ejusdem, ac ſi verbis totidem Inſtr. Pac. tabulis inſerta comprehenderetur, roboris eſſe* ſancitur.

§. 5. Quid verò hæc ad *bona feudalia*, inquies, aut an in iis, cùm *ordinaria* illa & favoris tantopere prædicati ſucceſſio *teſtamentaria* regulariter non admittatur, *extraordinaria* hæc & anomala, (ſic vocant *conventionalem* noſtram; nec ſine cauſſa, ceu hactenus dicta evincunt) locum inveniet? Ita ſane, quinimò *in feudis aliàs etiam facilius*, quàm in cæteris rebus, *per pactum ſucceſſionem* quæri, *II. F. 12. 30. & 50.* & ad elidendas omnes, quæ adverſus hæc pacta, bonorum feudalium iis comprehenſorum ratione, afferri ſolent dubitandi rationes, Imperatoris conſenſum ſufficientiſſimum eſſe, reſpondetur in C. P. Gieſſ. *d. c 29. lit. A. add.* Ritter. *D. d. th. 3. lit. D.* Carpzov. *c. 3. de confr. S. H. n. 117. ſeq. c. 5. n. 24. ſeq.* Licèt a. *dd. cc.* ex *2. F. 12. &c.*, cum non de pactis *Vaſallorum inter ſeipſos*, ſed *cum Domino feudi* initis (*pacta inveſt.* appellant & celebris de illis *tract.* extat *Andr. Knicheni.*) loquantur, minùs hanc ad rem oportuna arguere poſſes: ipſa tamen ſententia veriſſima, & obſervantia teſtis eſt, *pacta ſucceſſoria*, quibus de agimus, potius frequentiusque ſuper *rebus feudal.* quàm *allodial.* fieri, quippe ab Illuſtribus & nobilibus, quorum ſcil. immobilia & alicujus momenti cætera bona plerunque *feudalia* ſunt, propè ſolis, & conſervandæ utplurimum familiæ ergo,

ergo, ineuntur. Et ſic *pacto Confraternitatis Saxon. Haſſ.* ut alia exempla, de quibus *vid.* Petr. Ritter. *d. Diſc. th. 10. lit. A.* Carpz. *d. c. 3. n. 16. ſeqq. cum ibid. alleg.* Limn. 4. *I. P. c. 8. n. 176. & addit.*, prætereàm⁹, tàm *feudalia bona*, integras provincias, Ducatus, Principatus, Comitatus &c. cum regalib⁹ & omnib⁹ aliis juribus, quàm *allodialia*, ipſumq; adeò cõprehendi Electoratum & dignitatem Electoralē, tenor illi⁹ & tabb. commonſtrant. *vid.* Limn. *d. c. 8. n. 160. ſeq. & in addit.* C. P. *d. l.* Carpz. *d. diſſ. c. 5. n. 23. & ſeq. Diſp. n. præſ. hìc hab. de Teſtam. Princ. vel Com. §. XIV.* Imò videmus, quemadmodum in *ſucceſſione allod. pactorum* dotalium prima ac potior quàm juris, ſive communis ſive particularis, cauſa eſt: Richter. *ſect. 4. n. 2. ſeq.* D. Mev. *ad jus Lub. p. 2. tit. 2. art. 12. n. 363. ſeqq.* ita & hæc pacta in *ſucceſſ. feud.* non minoris eſſe autoritatis. *Reverendiſſ. Abbates & Principes Fuldenſes* &c. de natura *feudor. Fuld.* ſciſcitantib⁹ nõ unâ vice reſcripſerunt, in eorũ ſucceſſione ipſi antiquiſſimo mori derogare pacta familiæ, his inter alia verbis: zu wiſſen fügend/ daß unſers Stifftes alt herkommen/ Gewohnheit und Recht iſt/ Alß daß von unſern Vorfahren ſeel. Gedächtniß uf uns und bey uns noch in Ubung herkom̃en/ auch offtermahls zu recht erkandt und gehalten iſt/ das Fuldiſche Lehen/ ſo nicht ſonderliche Burgk-Güter oder Burgk-Lehen genant/ auch nicht durch beſtändige Burgk-Frieden oder andere Verträge verbunden/ (*aliàs* außgeſchloſſen/ *vel* geändert) ſondern die Erbfäll an ſich ſelbſten frey ſeynd/ erben die nechſten Perſonen vom Geblüt oder Sipſchafft/ beydes weibliches und männliches Geſchlechts ohne Unterſcheid &c. *teſtimoniis ſcriptis Fuldæ Anno 1503. 1551. d. 13. Auguſti. Anno 1665. d. 1. Maji. &c.*

§. 6. Interim dari quoq; de *allodiis* tantum conventa *pacta familiæ*, non dubitamus, & ejus eſſe videntur notæ, de quibus in *Capitul.* D. Ferdin. IV. *art. 40.* & Auguſtiſſ. Imp. n. D. Leopoldi *art. 39.* ubi ea von dem Lehenthum keine *dependenz* habende *pacta familiæ* nuncupantur. Nec enim negari poteſt non modò nuper extitiſſe, ſed hodieque ſuperate in Imperio noſtro provincias & civitates (*mediatas* intellige: nam *immediatæ* & *Imperiales*, vix unâ exceptâ, omnes hujus conditionis ſunt. *vid.* Limn. *ad Capitul. D. Caroli V. Imp. art. 24. verb.* Städte) quæ in *alode*, ſic veteres locuti, non in feudo teneantur. ex eo genere etiam nunc eſſe feruntur, Comitatus Mörß / Pinnenberg / Bargila / Burggraviatus Kappelndorff / quem Senatus Erfurtinus à *Burggraviis* de *Kirchberg.* (Majorib⁹ *illuſtriſſ. Comitis DN. Georgii Ludovici, Burggravii de Kirchberg, Domini in* Farrenrode *&c. Patroni m. gratioſiſſ.* qui, in præſenti *Sereniſſ. ac clementiſſ. Principis ac DN. noſtri, DN. LVDOVICI, Haſſ. LandGravii, Principis Hersfeld. &c. &c.* quem DEus *ſervet pium, inclutum, felicem! ſupremus Miniſter, Conſiliarius intimus, in concil. Regim. & Cam. Præſes &c.* filius eſt *ill. mem. Com. DN. Georgii Burggravii de Kirchberg. &c.* quem adeò, Limn. *1. I. P. 8.*, antiquiſſ. hujus & *generoſiſſ. familiæ* ultimũ improlemq; fuiſſe, falsò prodidit.) Baronia Bronchhorſt / Dominium Aerßen &c. *D. Reinking. 1. de R. S. & E. cl. 4. c. 6. n. 39. C. P. Giſſ. d. vol. 1. D. 6. c. 8. lit. B.* Fred. à Sande *tr. prælim. ad conſvet. Geldr. c. 1. n. 4.* Rennem. *d. 4. de jure rer.* § 7. *lit. A.* add. Lehem. *Chron. Spir. 4. c. 1.* Beſold. *de iuriſd. Imp. Rom. quæſt. 17.* Olim vero (quando *allodiorum exempla, ac jam ſunt, frequentiora fuiſſe* vult

O Thom.

Thom. Crag. *lib. 1. de feud. diſq. 9.* ubi quarundam provinciarum & aliorum locorum Magnatibus in Italia, Gallia & M. Britannia *plenô allodii jure* conceſſorum meminit quoque) fuiſſe Comitatus Waldeck / *diſſ.* Waldeck. Deduct. *in contin. contr.* Heſſen. *n. 41. ſeqq.* Bregantz / Holland / Oldenburg &c. Dynaſtiam Jever / &c. D. Reinking. *d. c. 16. n. 39.* Fürſtl. Heſſ. Inform. *contra* Waldeck. *lit. A. B. C.* Auctor der Lindau. Außführ. &c. *p. 12.* Jan. Douſa *Ann. Holland. lib. 5.* H. Grot. *lib. 1. Annal.* D. Joan. Juſt. VVinckelman. *Conſil. & Hiſtor. Haſſ & Oldenb. c. 11. n. 26. & 31. lib. 1. Notit. Hiſtor. Polit. vet. Saxo-VVeſtph.*

§. 7. Anne ergo allodialium ejusmodi territoriorum Domini nullo *vinculô vaſallitico* aſtricti ſunt Imperatori, aut ipſæ res nullâ *qualitate feud.* Lehnſchafft / affectæ? Negabunt hoc utique, qui *territorio* affixæ ſuperioritatis *jura ſ. regalia*, utut territorium etiam alterius Status feudum ſit, nihilominus *infeudationi Cæſareæ* accepto ferunt, das nichtsdoweniger die regalia von Käyſerl. Majeſt. und dem Reich gelichen werden. D. Reinck. *d. lib. 1. cl. 4. c. 14. n. 41. & c. 16. n. 41. Add.* Magnif. & Generoſ. D. à Seckendorff *p. 2.* Teutſch. Fürſten-St. *c. 2. n. 1.* ibi: Daß die Herrn und Stände im Röm. Reich von der Käyſerl. Majeſt. &c. mit ihren Landen und Herſchafften oder doch mit denen *regalien* belichen werden. *d.* Waldeck. Deduct. *art. 41. ſeqq. & 128. & ſeqq.* Quod ſi verum perpetuumque, multos ſane *Imperii Proceres* ac *Cives immediatos*, qui terras vel allodiales vel aliorum Statuum civiumvé ſubfeudales, nec tamen *regalia* ab Imp. *in feudum conceſſa* habent, prorſus carere regalibus, inde ſeque-

ſequeretur. *Particularis* itaque doctrina illa & ex *contingentibus*, non *univerſalis* aut *neceſſaria* exiſtimanda erit: rectèque procul dubio ſtatuitur, ipſa etiam *jura* ac *regalia*, quæ diximus, ſicut non *feudi* duntaxat ſed & aliis *pleni dominii* ſimilibusque titulis poſſunt acquiri, ita quandoque *allodialia* eſſe & *non feudali jure* poſſideri. *adhib.* Joann. Gœdd. *in Reſp. de reſtit. Baron. Vallendar. n. 446.* D. Reinking. *d. lib. 1. cl. 5. c. 7. n. 35.* Colleg. Publ. Giſſ. *d. D. 6. c. 8. lit. B. ſeq.* Knipſch. *lib. 2. de Civ. Imp. c. 5. n. 15. Conſil. in cauſ. Feud. Duc. Ferrar. cont. Clement. IIX. P. P. n. 56. Dn.* à Seckendorf. *d. tr. in addit. §. 20.* ibi: daß Landes-Herrn im Reich ſind/die gar keine oder doch nur ſolche Käyſerl. Lehen-Brieffe haben &c. *& c. præced. 5. §. 4.* Et hoc titulo, quæ exercent *jura ſuperiorit. territorialis*, quoties ipſum territoriũ vel *allodiale* vel *alterius civis feudum* eſt, tenent pleriq; *Nobiles. Imp. immediati.* Interim *allodiis* nomen ſaltem *feudi* aut potius Germ. Lehen nonnunquam tribui, eaque Sonnen-Lehen / q. à *ſole* in clientelam ac *nullius hominis* beneficio accepta *feuda*, dici haud diſſimulamus, non aliter ac liberti, de *horum* & *vaſallorum* comparatione res nota eſt, quia *nullum inter homines patronum* habebant, ab *orco* (quod nominis ab Hebræo. ארקא, *terra*, quæ Germanis pro matre Deum olim culta & *Erthum*, Erde/ dicta Tacit. *de mor. Germ. c. 40.* derivat Voſſ. *2. de idol. c. 60.* Comment. *ad d. c. 40.* Cluver. *1. G. A. 27. p. 791.*) *orcini* olim dicebantur. *l. 10. C. de manum teſt.* illius autem nomenclationis Sonnen-Lehen auctores *Geldros* ſuos laudat Frider. à Sande *d. c. 1. prælim. n. 4.* ſimul *barbariei* eam ac *ineptitudinis* arguens. Sed & *feudi ſolaris* mentio in vetuſto quodam vatici-

Digitized by Google

nio (welches im Fürſtenthum Anhalt unlängſten erſt/ ita Henricus Salmuth. *in reſp. pro matrim. Princ. cum virg. nobil. p. 99.* in einer eingemaureten höltzernen Lade gefunden ſeyn ſolle) extat his verbis: Soll das daraus entſproſſene Bärlein &c. und alles &c. benebenſt dem Sonnen-Lehe völliglich wieder herbeybringen. ap. Salmuth. *d. Reſp. p. 100.* quamvis hoc *vaticinium* non adeò caſcum, Uhr-und über 300. Jahren alt / uti perhibetur, ſed hoc vel proximè ſuperiore ſeculo natum eſſe, ſermonis nitor ac ſtylus evidenter probet. Origo autem vocis Sonnen-Lehen/ haud novitia videtur ſed à vetuſtiſſimis idololatrici cultus temporibus repetenda; quibus nimirum omnes prepemodum gentes, interque eas *Germani* quoque, *ſolem* ſub Saturni, Jovis, Martis, Mercurii & aliis nominib⁹ pro ſummo Numine habuerunt & uno in ſole omnia religionis ſuæ ſtudia collocârunt. *vid. ex ſacris* Levit. *4. v. 19.* Job. *31. verſ. 26. & ſeq. 11. Reg. 33. verſ. 12.* Ezechiel. *8. verſ. 16. latiſſ.* Macrob. *1. Saturn. 17. & ſeqq.* Cluver. *1. Germ. antiq. 26.* Voſſ. *lib. 2. de orig. & progr. idol. c. 2. & mult. ſeqq. c. 13. in fin.* ubi de *Germanis.* jung. Cæſar. 6. Bell. Gall. Cluver. *d. l.* El. Sched. *de DIs Germ. c. 4. ſeqq.* Quâ ratione Sonnen-Lehen quaſi à *ſole* h. e. à DEo *moventia*, non ineptè dicta proindeque cum *allodiis*, quæ itidem, ex Guid. Papæ definitione, *deciſ. 560. n. 2. à nemine niſi à DEO recognoſcuntur*, eadem eſſe apparet. Sic hodie nunc Comites Hanno-niæ ditionem ſuam à *DEo & ſole* (ſeu *natura*: ita Louys de Mayerne Turq. ap. Limn. *add. prior. ad lib. 4. c. 6. n. 15. DEVM & enſem* noſtrates plerunque efferunt) tenere vulgò dicuntur, referente Gudelino *p. 1. de Feud. c. 3. n. 9. add.*

add. Deſcriptor. Hannon. *apud* Braun. *in theat. urb. f. 23.* D. VVinckelm. *d. c. 11. n. 29.* ibi: *communis eſt fama comitatum Oldenburg. Feudum ſolis*, ein Sonnen-Lehen / *olim vocatum fuiſſe. &c.* non aliô, opinor, ſenſu, quàm quô *omnes Reges à DEo OPT. MAX. regna ſua q. in feudum tenere eidemq́; Domino ſuo directo ad ſervitia ſervanda & præſtanda* obſtrictos ait Th. Crag. *1. F. 7. & 2. F. 2. add.* Guilh. Forner. *de feud. p. 45.* ubi *domino antiquiori* comparat DEUM, *eò quòd* illius exemplô, ſecundum. *11. F. 7.*, in *omni promiſſione DEus exceptus* intelligatur. Ex eadem notatione *primo* ſeptimanæ *diei*, quem *Dominicum ritè dixere Majores* Chriſtiani, *l. 7. C. de fer.* Apocal. *1. verſ. 10.* Mornay. *1. de S. Euchar. 3.* D. Hacksp. *in not. philol. ad Marci c. 16.* nomen Sonntag / Suntag; & *noviſſimo*, Sonnabend / reliquum factum cernimus. (à *ſole* enim quàm à *placando*, verſöhnē / ſune / derivare placet, utut poſteri⁹ hoc etymon, cum memoriæ reſurrectionis CHRISTI, nobis in *placamentum* & *reconciliationem* à DEo præſtituti, *ad Rom. 3. verſ. 25. c. 4. verſ. 25. c. 5. verſ. 9. ſeqq.* dies *dominicus* ſacer ſit, ipſi rei apprime conveniat. *confer.* Ol. Worm. *1. Faſt. Dan. 15.*) quanquam aliàs majoribus noſtris Latin. *Dominica* & Græc. κυριακη ita fuerit ad palatum, ut ex *illo* ſuum Dom / Thum / ex *hoc* Kirche / Kercke / Angl. Church / cum numeroſis *compoſitorum* familiis, inter quæ & ipſum Kirche- ſeu Kercke-Dag / jamdudum deduxerint & in hunc uſque diem retineant. *jung.* If. Caſaub. *Exerc. 13. ad Ann. Baron. §. 18.* Niſi credere malumus, iſtos *divino* cultui & ad hunc neceſſariæ *præparationi* dicatos dies, Sonntag & Sonnabend / à *DEI* & *ſolis* ſolita *comparatione* Voſſ. *d. lib. 2. c. 2.* aut à Salvatore noſtro, *vero juſtitiæ ſole*, nomina ſua tuliſſe potiùs: qua-

Digitized by Google

Gotts-Tag/uti Gottes-Hauß/Gottes-Acker.&c.tu diceres. quæ notatio ſ.conjectura ſi quoque ad *feuda ſolaria*, Sonnen-Lehen/ traducatur, minùs quoque videmus, denominatio iſthæc, cur *inepta*, *barbara* aut *Chriſtianis* denique *auctorib.* indigna reputari debeat. De cætero ut ipsâ *re* ab iis proximè abſunt, ita & *nomine* propè conveniunt feuda, quæ ſimul *franca* & *blanca* ſ. *alba*, *libera* & *ſplendida* ſeu *lucentia*, vocari *ſup. c.3. §.9.* annotatum. *conſul. quoque* Somner. in *Gloſſar. poſt Hiſtor. Selden. v. firma. ubi Doctiſſ. Eq. Spelmannum de verbi* dealbare, *à quo* dealbatores *Angl.* blanchers/ *genuino ſignificatu dubitaſſe memorat : quod nos non aliô ſenſu vel modo, ac quô Germani* Korn/Wein/ ꝛc. verſilbern *dicunt & eâdem analogiâ* verthalern/verbatzen/ꝛc. *dicere poſſent, vocatum uſurpatumq́, conjicimus.* Inter proprias enim & nobiliores ſolis virtutes eſt *lux* ac *ſplendor*, cujus etiam intuitu aſſimulatio *ſolis* & DEI, quam diximus, præcipuè commendatur: nimirum in hoc poſita, quòd ut *ſolem* non videmus, niſi *luce ſolari*, ita nec DEum cernamus niſi *luce* ſpirituali. Philo *jud. lib. 1. de Monarch.* Voſſ. *d. l.* Et an forte in lingua Germanica à ſchon/ ſchön/ *pulcher*, emollitâ aſpiratione & in ſibilum converſa, eſt die Sonn; quid enim ſole pulchri⁹? *vid: Pſalm. 18. v. 5. 7.* ſchön autẽ à ſcheinen/ *lucere, ſplendere.* Sic Ol. VVormius *ſup. alleg. loc.* Soñ-vel Soldag/ à *ſole*, *Suetis* ac *Danis* Soel/ tanq. Deorũ *ſplendidiſſimo* & unicâ *illuſtratione* cuncta fovente, dictum ſcribit. Haud igitur mirum, ut obiter moneamus, in Gallia poſſeſſiones nobiles, etiam allodiales, *franca* feuda appellari: prout fieri teſtatur P. Gregor. Tholoſ. *lib. 3. de rep. c. 2. n. 17.* Limn. *lib. 2. Notit. Franc. c. 9. lit. Y.* quæ omnia, excurſu quodam ſed præter opinionem

lon-

longiori diſſertata,& temperandis & illuſtrandis *ſup. c.2. §.1. & c.5. §.4.* ſervire poterunt; nominatim verò oſtendere, Germ. vocabula Leihen/ Lehen / in *latiori* quamcunque *conceſſionem* denotante ſignificatū,ad *allodialia* quoque bona, territoria, provincias, &c. quatenus in iis qualecunq; ſaltem *dominium, eminens* vocari nuper invaluit, *imperium* vel aliud jus ſive ſuperior aliquis ſive ipſa civitas (adeò ut *bona publica* ſ. *domania dotis* inſtar & quaſi quendam *uſumfr.* faciant certarum poſſeſſionum Regi v. g. ad tuendam dignitatem ſuam attributa. Hotom. *c.8. & 9. Franco-Gall.* Gregor. Tholoſ. *3. de rep. c. 8. n.3.*) obtinet indeque conceſſio quædam arceſſi poteſt, non abſurdè referri atque *illa* qualicunque tali *feud. qualitate*, Sonnen-Lehenſchafft/affecta eſſe,ad *quæſt.* ſup. *in princ. §.* propoſitam, reſponderi poſſe.

§. 8. Sæpe quoque *vivis*, ſingulari quidem & *extraordinariâ* ſucceſſionis ſpecie, *Fiſcus* ſuccedit, itidemque in *omne jus* ſeu *univerſitatis* titulo. *l.60. §.1. ff. de condit. l.6. ff. de I. Fiſci. l.1. C. de bon. libert. l.2. C. ad L. jul. de vi &c.* Gail. *2. obſ.130.* quæ fiſci ſucceſſio an & feuda complectatur, fortè ob crimē læſæ Maj. amiſſa, quæſtionis eſſe videtur? Sanè D. Philippi *lib.3. uſ. jur. pract. eccl. 6. n.4. ſeq.* pluribus adductis tradit, *æquè feudalia bona reorum perduellionis*, ac allodialia *fiſco applicari*, modò *in territorio læſi ſita ſint.* Et D. Reink. *lib.1. cl.5. c.7. n.27.* hâc de re ita diſſerit, ac ſi Impp. noſtri non ita pridē contendiſſent, *ſubfeuda vaſallorum*, quæ ipſi à *Statib⁹, jura quamvis fiſci privativè habentibus*, tenent, non tamen ſtatuū, ceu Dominorū immediatorū, ſed *Imperiali fiſco* committi. Sed *Electores in conventu Ratisponenſi anno 1630. contradixiſſe in Duplic. §.* Es wollen auch. cujus verba ibid. ſubjungit,

git, ſimulque *Rolandum*, Nic. *Boer*. *Cardin*. *Tuſch*. *Paulum Chriſtin*., illi Imper. intentioni, maximè in caſu *quo Dominus inferior fiſci juribus careat*, faventes adducit. quib⁹ add. eandem in rem allegati à Roſenthal. *c. 11. de feud. quæſt. 13. lit. a.*

Verùm uti *textus d. n. 4. citati* nihil tale evincunt, ita de cætero communis ſententia eſt in contrarium. de totâ verò re ita habendum. Ob crimen læſæ majeſtatis & ſimilia, quæ maximè *bannô* Imp. vindicari ſolent, extingui quidem jus vaſalli eumque proinde amittere feudalia bona: *c. 5. verſ. quod ſi verò feudum. de pœn. in 6.* Land⸗Fried zu Nürnberg *de Anno 1522. tit.* dem Lehen⸗Herrn / auch andern. *O. C. p. 2. tit. 9. §. 2. Capitul. Auguſtiſſ. Imp. Leopoldi & Ferd. IV art. 27. Imp. Ferd. 3. art. 28.* Gail. *2. d. P. P. c. 14. n. 16.* Vult. *1. F. 11. n. 79.* Bocer. *de amiſſ. feud. ex culpa Vaſall. in al. &c. n. 73.* ubi tamē id *declarat*, aſt *fiſco, qua tali*, neutiquam ea acquiri; nō magis, ac *uſumfructum* dominus, per maximam uſufructuarii capitis diminutionem finitum, *jure fiſci* recipit vel acquirit. Quamvis enim dominus *fiſci jura* habeat, & tale admiſſum vaſalli, ut feudum *domino* non agnatis cedere debeat; jure tamen *proprietatis* privato, non *publico fiſci*, revertetur ad eum utile dominum; non ſecus ac revertitur ad ruſticum vel alium feudi dominum, nę ſimplici quidem juriſdictione, nedum *fiſci regalibus* præditum.

Non igitur confundi regalia *fiſci & reverſionis* illius jura tituloſque *privatos*, ſed uti totò genere differentes, accuratè ſecerni oportebat. quid quod & *vaſallus* ex iisdem cauſis *dominium directum* acquirere, de quo ſuo loco, & ita in ej⁹ perſona *conſolidatio*, qualis in *uſufr.* ob-

tinet

Digitized by Google

tinet, *§.ult.I.de uſufr.* fieri poteſt. Ex quo a. *reverſio* utilis dominii ad directũ aut *conſolidatio* facta, cùm dominus vaſallusvé *plenam in re poteſtatem* habere incipiant, apparet inde, præſentis extra terminos tractatus conſiſtere hanc *ſuccedendi ſpeciem.* Cujus alioquin, poſitâ *Roland.* & alior. à *D. Reinking.* (qui nec ipſe ab ea ſententia alien⁹ videtur) *cit.* opinione, inſignis us⁹ foret in ſubfeudis eorum vaſallorum dominorumq; intermediorum, qui *fiſci juribus deſtituuntur.* ab *Inferioribus* enim & *proximis* ſive illorum *dominis* utile, *ſive horum* vaſallis directum dominium, ſi commiſſum & confiſcandum foret, utrumque ad *remotiores, illic* dominos, *iſthic* vaſallos, modò *fiſcalia* jura, quibus nempe *intermedii* (optimô aliàs maximôque jure, *vid.§.2.11. F.55.* Günther. Ligur. *lib.8.de reb.geſtis Imp.Frid.1.n.227.ſeqq.* Roſenthal. *d.c.11.q.18.* Vult. *1.F.11.n.143.* Kohl. *de ſubfeud.c.4.n.52. & ſeq.ibiq.* D.Wilhelm.Anton. *quondam Cam. Imp. Aſſeſ. & Conſil.Haſſ. in not.lit.G.plures allegans.* ſibi commiſſa vindicaturi) carent, & ipſi habeant, ſucceſſione inter vivos eſſet perventurum. E.g. Princeps Cajus habet vaſallum Sejum fiſci jurium exſortem & hic ſubvaſallum Titium in quibusdam prædiis: ſi nunc Titius majeſtatem Caji violâſſet non proximo Domino Sejo, ſed ſuperiori Cajo, vi relatæ opinionis, utile dominiũ prædiorum iſtorum cederet iſq; eâ ratione Vaſalli ſui Vaſallus evaderet.

Atqui præferenda procul dubio communis, quam diximus, ſententia eaque certô jure ſubnixa. *vid. d. c. 5. verſ. quod ſi v. feudum de pœn. in 6.* Königl. Land-Frieden *de anno 1495. tit.* die von der Friedbrecher Erklär- und Ordnung des Land-Friedens *de anno 1500. tit.* Wie wieder

den Aechter. *tit.* die pœn aller Friedbrecher. *de anno 1522. tit.* dem Lehen-Herrn ꝛc. *de anno 1548. tit.* die pœn der Friedbrecher. Ord.Cam.& Capit. Cæſar. *ante alleg.locis.* Gail. *2.de P.P.c.14.n.1.& ſeqq.* Vultej, *1.F.9.n.248. & c.15.n.251. ubi complura præjud. Camer.* Et quamvis *dd. Capitul.Imp.Ferdin.3.art.28.& Ferdin.4.art.27.* tantùm loquatur de *ſubfeudis* eorum vaſallorum, qui *Status Imperii* ſunt, quibus in *Leopoldina art.27.* aggregati reperiuntur *immediati Imp. Nobiles*: cæteræ tamen *ll. & Conſt.* generaliter & in*diſtinctè* volunt, feuda ob crimen læſæ Maj. vel ſimile amiſſa non niſi proximo & inferiori domino, ſive fiſcum habenti ſive non habenti, cedere: quod etiam rationib⁹ ante adductis conſentaneum eſt. in Gallia aliter obtinere tradit Coquille ap.Limn.*ad Capitul.Imp.Ferdin.d.art.28.p.712.* & feuda, etiam quæ noxius non à Rege immediatè ſed ab alio tenuit, ad Regem tranſire jure confiſcationis, niſi quòd, ſecundùm *conſvetud.Senon.art.207.* Rex intra annum à ſe dimittere feudum aut alium dare vaſallum debeat; quod *generale* eſſe credit Coquille, idque duab. ex cauſis, quia nempe (1) nec dominus feudi immediatus debeat ſine facto ſuo amittere feudum ad ſe pertinens; nec (2) Rex vaſalli ſui ſubditus eſſe poſſit. ſimilia docere Loyſeau. *de ſeigneur. ch.12.n.78.* addit D. Limneus *d.l.* Verùm (1.) iſtæ rationes in feudo, quod *ſubvaſallus* quis à domino ſuo immediato, *non* autem *hic* etiam à *Rege* tenet, potiſſimũ procedunt. nam ejus feudi, quod à Rege uterque tenet, plenum jus per confiſcationem Rex acquireret, exceptô tantùm domini immediati ſ. primi vaſalli *quaſi directo dominio*: quod tamen cum jure ſubvaſalli, utpote

quem

quem ſuô locô vaſallus primus ſurrogavit, non ſimul exſpirâſſe vix videtur. unde (2.) tali in ſenſu metus ille, *ne Rex vaſalli ſui vaſallus fiat*, ceſſaret; quamvis hîc nihil ſingulare in *Rege Galliæ*, ſed omnibus *Senioribus* commune eſſe exiſtimemus, ut ipſi *in ead. re* Vaſallorum ſuorum ſubvaſalli fieri nequeant, utut, quominùs ratione diverſorum bonorum poſſint, nihil impediat, ſed poſſe potiùs uſus confirmet. (3.) nec ſequi conſtat: Rex feudum à *vaſallo* ſuo tenet E. eſt ejus *ſubditus*. aliter itaque & cautius, ſubſtitutô *vaſalli* vocabulo, rationem iſtam extulit Loyſeau. *d. n. 78.* ibi: *cum Rex alterius vaſallus eſſe nequeat.* cujus nec cætera, uti ipſe Limnæus alibi recitavit, Coquillæis ſimilia ſunt. Quamvis autem poſtremum in Imperatore noſtro ceſſare atque nullo jure, vaſallus ſui vaſalli ne fiat, prohiberi videatur, *add.* Gothofr. *in l. 6. ff. de i. fiſc.* ubi poſt Speculat. generaliter ſtatuit quemvis Regem vaſallo ſuccedentem alium dominum habenti, huic domino vel homagiũ facere debere, vel aliũ ſui locô vaſallũ ſubſtituere: meritò tamen prior ſententia retinetur. Nec aliud quid Imp. Ferdin. II. intendiſſe aut poſtulâſſe ex §. ob wohl. ulter. Reſolutionis Elector. *Anno 1630. d. 12. Aug.* datæ (in hac enim non in duplica *d. 29. Iul. 1630.* exhibita, extant verba quæ D. Reink. *d. n.* adducit) colligi poteſt. diſertè enim de ſubditis tantum, Unterthanen und Landſäſſen / & bonis confiſcandis, non de vaſallis & feudorum conſolidatione, d. §. loquitur: in ſeq. a. §. de feudis quidem, ſed Imperii immediatis nahmhafften Reichs-Lehen / eorumque non confiſcatione, ſed oppignoratione & donatione, Verſetz- und Vergebung agitur. Unde imò potius ex tali Dnn. Electorum reſponſione §. Was fürs ſiebente

lib. 2. Notit. Franc. c. 9. lit. K. K.

De *c.* præced. Imper. Triplica de *d. 7. Aug.*, utpote generalius concepta, limitationem acciperet & ad bona allodialia reſtringenda foret.

§. 9. Cæterũ & tunc quædã *inter vivos ſucceſſionis univerſalis* adeòq; huc pertinẽtis ſpecies ſubẽſſe videtur, quando quis, legitimô aliàs jure, ſucceſſur⁹ ex *felonia vel ſimili cauſa amiſſa* feuda conſequitur. nec enim alio jure, ac ſi defuncto ſucceſſiſſet, is venit; de quo *plur. infr. c. ult.*

Ejusdemque conditionis eſſe videtur, qui *partem coheredis* ſui, delatam feudi ſucceſſionem communem *v. g. repudiantis, juris accreſcendi* beneficio acquirit. quẽ articulum mirè miſereque ab interpretibus contortum turbatumque deprehendimus. pleroſque variè diſtinguere, limitare, ampliare, &c. videas; alios *jus accreſcendi* cum *ſucceſſione hereditaria* confundere; idemque è recentioribus nonnullos à feudis, utpote per *pactiones jus* iſtud reſpuentes conſtitui ſolitis, omnino ſummovere. Qui quid. poſtremi, quod doctiſs. virorum pace fiat, omnium minimè placent. qualis enim illa *propoſitio* ejusvé connexio? *quodcunque jus pactionib. conſtituitur, in eo accretio non habet locum.* An non *uſusfr., jus pignoris*, ipſumque *dominium* pactionibus conſtituitur? cur ergo non idem de his quoque aſſerunt, eâdemque operâ unquam locum habere jus accreſcendi negant? nec *minor*, quâ *jus feudi pactionibus conſtitui* aſſumitur, melioris eſt monetæ; ceu in c. præced. patuit. Dd. denique communiter ſtatuunt, *jus accreſcendi* in *pactis* & *contractibus* toties obtinere, quoties ea contrahentium mens fuerit, Roſenth. *d. c. 6. q. 75. n. 11.* ibique citati. & certè locum ſortitur in liberti aſſignatione; *l. 1. §. 7. l. 5. ff.* de *aſſign. lib.* quæ tamen uti ult. vol. actus non eſt, *l. 7. d. tit.* ita inveſti-

turæ

turæ quàm ſimillima, perinde ac ea quoddã dominium tribuens. Bald. *in 11. F. 18. pr. adhib. Kircheim ichnogr. Feud. n. 31. ſeqq. ubi aſſignatio inveſtituræ æquiparatur.* Nec verò cur in *pactis accreſcendi* ſ cesset alia cauſa eſſe videtur, quàm quòd iis non æquè ac ult. voluntatibus, dominium conferatur. quâ re cum ad *harum* quàm illorum ſimilitudinem *feudi aſſignatio* ſeu inveſtitura propius accedat; in ea quoque, cùm maximè voluntate inveſtientis & inveſtiti concurrente, jure accreſc. dare locum quid vetaret? *jung. §. ſeq. in fin.*

§. 10. Nobis ſequentia in mentem venerunt. (1.) primum quidem in *teſtamentaria* feudi ſucceſſione jus accreſcendi obtinere, ipſos illos largituros procul dubio, qui, uti in feudo pactisque ceſſare ſtatuunt, ita ad *ultimas voluntates* unicè *illud* reſtringunt. (2.) Nec de *ſucceſſione legitima* aliud dicendum, modò feudum ſit *antiquum*. in hoc enim, quin *deficientis* unius deſcendentium pars cæteris accedat, nemo eſt qui dubitet: *ait* D. Vultej. *1. F. 9. n. 244.* acceſſionem autem illam *non jure accreſcendi* fieri putat, ſed *jure & vi ſucceſſionis ex pacto primæ inveſtituræ.* nec aliter Joan. Suev. *lib. 2. de I. accreſc. c. 2.* Pan. Cretſchm. *eod. tr. n. 68.* Corn. Svvanneburg. *p. 105.* & antiquiores *alleg.* à Card. Mantic. *lib. 23. de tac. convent. t. 38. n. 6. ſeqq. &c.* Verùm tantum abeſt ut hæc ſint *oppoſita*, ut potius *ſucceſſio* quædam, latè acceptâ hâc voce, *vid. ſup. §. 1. accreſcendi jure* ſemper contineatur; aut eô potiùs, accuratè loquendo, *obſtaculum* removeatur ſeu perſona, quæ obſtabat, ne defuncto in tota re ſuccedere coheres potuerit. nec enim per *jus accreſcendi* coheredi *deficienti*, utpote nihil in quod ſucceſſio pateat ex here-

 dita-

ditate conſecuto, ſed *defuncto* ſucceditur. quæ etiam, ni fallor, cauſa eſt, quòd *accretio* peculiaris acquir. mod° in jure, quô utimur, nuſquã prodatur aſſigneturvè. utut quoad *onera* ſingularia *parti defectæ* à teſtatore v. g. impoſita, qui eã *jure accreſcendi* capit, alteri coheredi velut *per univerſ.* ſuccedere videatur ejuſq; perſonam hact. repræſentare. *l. un. §. 10. C. de Cad. toll. conf.* Roſenth. *d. c. q. 74. n. 13.* quod ipſũ vel maximè in feudis obtinet, novô eorum per *accreſcendi jus* aut quodcunq; aliud poſſeſſore factô, *onera* rei feud. cohærentia, etiamſi ex perſona ultimò defuncti cauſam habeant, ſuſtinere & præſtare obligatò, de quo infra. *vid.* interim Carpz. *1. P. F. S. p. 2. conſt. 40. def. 7. & dec. 1. de oner. vaſall. poſit. 9. ſeq. & dec. 2.* Freder. à Sande *tr. 2. ad conſuetud. Geldr. tit. 2. c. 4. §. 1. & ſeq.* Struv. *c. 14. aph. 4. & ſeq.* adeò ut nec fallat, imò fortius ſtringere cenſeatur, in ſucceſſoribus ad feudum *novum* ex pacto novi acquirentis venientib° *arg. c. un. 11. F. 45.* Berlich. *2. conſ. 55. n. 85.* Carpzov. *d. Dec. 1. poſ. 3.* ubi id de *I. Saxon.* limitat in ſucceſſoribus ſimultaneè inveſtitis. (3.) in feudis novis cùm primi acquirentis collaterales agnati *ab inteſtato* non *ſuccedant*, nec ſi fratres ſint ac ſimul de eodem feudo inveſtiti *§. 2. 1. F. 1. & §. 2. 1. F. 14. 2. F. 12.* eò igitur minùs *jus accreſcendi* inter ipſos locum habiturum facit *d. c. 12.* ibi: ſed neque *vivente eô qui acquiſierit*, neq; poſt mortem ejus. Roſenth. *c. 6. q. 73. n. 4.* Et in hoc cum Dd. communiter nobis convenit: quorum tamen plerique id limitant in conceſſione pluribus facta à ſummo Principe. *arg l. un. C. ſi Imper. liberal. &c.* Vultej. *d. l. n. 244.* Card. Mantic. *d. t. 38. n. 55. & ſeq.* Thom. Merckelb. *V. 2. Klock. conſil. 24. n. 21. & ſeqq. ubi illud ad Principes & ſtatus*

Status Imperii extendi non debere ſtatuit. Roſenth. *c.6.q. 74.n.2.ſeqq.* Vt ut verò largiri Doctorib⁹ velimus, *d.l. un.* ad feuda rectè porrigi, eique per *antè alleg. ex I. Feud. textus* derogatum non eſſe; nec tamen inde ſequetur, *jus accreſcendi* eſſe, cujus vi v. g. frater fratri *ſine hæredibus defuncto* in liberalitate Imp. ſuccedit, quippe quòd hoc *jus* locum ſibi non vindicet niſi in *parte* ejus qui *defecit* ſeu partem ſuam non acquiſivit, ut proinde in vel ex *d. l. un.* pars *decedentis* ſocii non *jure accreſcendi*, ſed *peculiaris* ſ. extraordinariæ cujusdam *ſucceſſionis hered. legitima*, qualis etiam inter alios conſortes & Collegas obtinet. *l.1. & tot. tit. C. de hered. Decur. &c. l.20. C. de Epiſc. & Cler. l.4. C. de bon. vacant.* ad ſocium ſuperſtitem perveniant, atque ita accipi debet D. Brunnem. *in d.l. un.* ibi: alii tamen, fortè rectiùs, hoc *non juri accreſcendi*, ſed liberali interpretationi &c. *add.* Roſenth. *d.q.73.n.2. & 4.q. 74.n.13.* Quod ſi verò ad illum quoque caſum, quô unus fratrum vel ſociorum *à principio ad feudum non aſpiret*, uti loquuntur & prorogant Roſenth. *d. q. 74. n. 1.* D. Vultejus *d.n.244.&c.* prorogare *d.l. un.* licuerit; non video, quî aliunde, quàm ex *conjunctione* donantis vel concedentis & conſequenter ex *jure accreſcendi* repeti poſſit iſta in *partem* & *jus deficientis* ſocii adhucdum ſuperſtitis ſucceſſio.

Difficilioris reſolutionis videtur: utrum fratres à domino, id vel *expreſſe* vel *tacitè* agente, ut alter alterius præ mortui quidem, at *non deficientis* partem capiat, ſimul inveſtiti, uti caſu deinceps eveniente ſibi invicem ſuccedunt, *vid. d.1. F.1.14. & 20.11. F.12.* Mantic. *d. tit.38. n.30. & ſeqq.* D. Struv. *c.9.a.4.n.2. & ſeqq. a.14.n.1.* ita etiam *jure accreſcendi* invicem gaudeant? Sanè Mantica & alii

alii locum faciunt juri accreſcendi ipſumque in hac ſpecie *conventionale* vocant. *d.t. n. 21.30. & ſeqq. paſſim.* Atqui verba Manticæ penitius ſi inſpiciantur & ſenſus eorum potius quàm ſonus attendatur, non de *vero & genuino jure accreſcendi*, quô portio *defecta* acquiritur & in locum non *deficientis* ſed *auctoris* ſucceditur; ſed de *ſucceſſione hereditaria* quâ non defecta pars acquiritur *ſocioq;* ipſi non *auctori* ſucceditur, verba fieri apparebit. *vid.* Mantic. *d.lib.n. 28. & ſeqq.* in verbis: alter eorum *ſine filiis deceſſerit, portio deficiens* alteri non accreſcit. item: ut *unô* eorum *præmoriente* ejus portio *aliis acreſcat*, etiamſi *emolumentum ſit acquiſitum*. cùm tamen idem Mantic. *n.9.* doceat, multùm *referre*, an portio deficiens acquiratur ex *ſucceſſione* an ex *jure accreſcendi*, &c. Quantum ergo ad rem ipſam, diſtinguendum remur, an *pacto* inveſtituræ, ut *fratre ſine heredibus decedente frater ſuccedat*, *expreſſe* ſit conventum, an *tacitè*. ut *priori* caſu, de quo in *d.1.F.1.14. & 20.11. F.18.* potiùs *ſubſtitutio fideicommiſſaria*, quæ ſcil. tali formula, *ſi Caj⁹ ſine lib. deceſſerit ejus frater heres eſto*, fieri ſolet, aut aliquid ei ſimile, pactô comprehendi atque illius vi ſucceſſio deferri intelligatur; nullatenus autem *jure accreſcendi*; hoc enim ſolâ vi *conjunctionis* à lege vel homine factæ atque ex ea relucentis *tacitæ voluntatis* ſtat caditque. *Poſteriori* autem ex *tacita* quidem *voluntate* veniant ulteriores; quæ tamen cùm *mortis* eventum non *defectionis* reſpiciat, itidem *fideicommiſſum* potius aut *ſubſtitutionem* quàm *conjunctionem* juris accreſcendi productricem, qualis etiam revera hîc nulla adeſt & ſi adeſſet ſubſtitutioni cederet, *Cretſchm.d.tr.n.97.ſeq.* continere non poteſt non exiſtimari.

mari. nec verò dubium tacitâ voluntate, per conjecturas & præſumptiones, non minùs quàm expreſsâ induci fideicommiſſarias ſubſtitutiones *vid.* Mantic. *lib. 7. de conject. ult. vol. tit. 3. lib. 8. tit. 1. lib. 9. tit. 1.* Menoch. *3. præſumpt. 67.* Fuſar. *de fideic. ſubſt. q. 276.* & nominatim undenam in præſenti tales conjecturas petere liceat, indicatur in *1. F. 20. II. F. 12.* D. Struv. & Mantic. *ſup. alleg. loc.* Roſenth. *d. c. 6. q. 75. c. 7. q. 58. ſeqq.* Facit quoque pro hac ſententia, quòd feudum concedens, ſecundùm rei ſubjectæ naturâ, teſtari de eo tacitè prohibeat; *vid. infr. c. ſeq.* ex teſtandi a. prohibitione fideicommiſſum colligatur. *l. 74. ff. ad Sc. Trebell.* Mantic. *d. lib. 8. tit. 1. n. 29.* Nec officit, ſubſtitutiones fideicom. non niſi in ult. voluntatibus fieri. Nam communiter contrarium doceri & in praxi receptum eſſe, notius eſt, quàm ut hîc multis demonſtrari attineat: inſpici modò poterunt Peregrin. *art. 51. de fideicom.* Fuſar. *de ſubſt. fid. q. 15.* Utut hæc opinio nobis ſuſpecta jampridem viſa ſit; *p. 2. Diſp. 4. ad Inſt. obſ. 4. n. 37. ſeq.* proinde & nunc in pactionibus illis aut diſpoſitionib⁹, *veras ſubſtitutiones & fideicommiſſa* complectentibus, aliquod *ult. voluntatis* ſchema malimus agnoſcere, quàm doctrinam admittere, quâ, turbatis ſincerioribus juris noſtri principiis, inter vivos & mortis cauſa negotiorum fines ita confundantur. Quamvis de cætero non ſtatim ult. voluntas vel mortis cauſa negotium haberi debeat, ſicubi de aliquo *poſt mortem* vel *in mortis eventum* præſtando conventum quid cautumvè fuerit. *confer. ſupr. §. 4. & 5. d. D. 4. obſ. 4. n. 42. ſeq. n. 25. ſeqq.*

Annexa à DN. Reſpondente.

I.

RAtio quare regulariter fœminæ à feudorum ſucceſſionib⁹ arceantur *1.F.1.§.3.1. F.8.§.1.2. F.36.2.F.11.* eſt aperta, quod videlicet ſervitia illa militaria & fidem, ad quã vaſalli præcipuè ſe obligant, præſtare nequeant. Si quis eas ab omni omnino Parentum hæreditate arceat, ſalvis tamen, ratione habita perſonarum, alimentis, quæque ad ea pertinent, in jus naturæ nequaquam peccaret. Quin & è re republ. hoc eſſe futurum, ſi id tam in illuſtribus quam privatis obtineret, non immerito quis diceret.

II.

Inſtitutum hoc, tanquam ſalutare admodum, apud compluresʼ populos in uſu fuit, qui ſi non omnino filias à parentum hæreditate abſtinere juſſerunt, certe non pari eãs cum filiis loco habuerunt. Sane cum toties in ſacris mentio fiat de hæreditate paterna inter filios diviſa, nuſquam autem appareat, filias quicquam, tanquam hæredes, accepiſſe, non abſurdum fortaſſis foret, exinde colligere, prioribus ſeculis morem iſtum, de quo diximus, obſervatum fuiſſe. Et hinc eveniſſe dicerem, quod non uxor marito, ſecus ac hodie, ſed maritus uxori dotem attulerit, uti de Sichemo exemplũ eſt. Gen. *34. v. 11. & 12.* Quod etiã apud Germanos antiquos obſervatum fuiſſe Tacitus teſtatur, *cap. 18. de mor. Germ.* Quin & expreſſam poſtea legem Deus populo Iſraëlitico tulit, ut filiæ tum demum ad hæreditatem paternam admitterentur, ſi pater ſine maſcula prole deceſſiſſet. Numer. *27. v. 8. 9. & ſeqq.* Id quod apud Alemannos quoque olim

lim obtinuiſſe, apparet ex *Legum. Alem.tit.58.junct. tit. 89.*ap.Baſil.Joh.Herold.*pag.m.73. & 81.* Legibus Saxonum itidem excluſæ fœminæ. *Leg. Saxon. tit.de hæred. & vid. 6. §. 1. & ult.* ap. eund. Herold. *p. 124.* Legibus Angliorum cautum erat, ut non exiſtente maſcula prole tantum pecunia & mancipia ad filias, terra v. ad proximum paternæ generationis conſangvineum, pertineret. Herold. *leg. Angl.tit.7.p.m.128.* Sic apud Athenienſes lex fuit, ne fœminæ ex teſtamento ultra medimnum hordei (drachmas octodecim) caperent. Armeniorum fœminas omnino lex ſuccedere non ſinebat, quam immerito barbaricam & inſolentem Juſtinianus *edict.3.cap.1.de Armen.ſucceſſ.* vocat. Imo apud ipſos Rom. excluſos olim fuiſſe fœminas ab hæreditate paterna per legem Voconiam, à Voconio trib.pl.latam, teſtatur Paul. *lib.4.ſentent. c.8.* Atque hæc videtur eſſe lex cujus mentionem facit Juſtin.*in §.3.Inſt.de leg. agnat.ſucceſſ.*

III.

Quod autem Juſtin. Imp. fœminas quoad ſucceſſiones maribus exæquaverit *in l.pen. C.de legit. hæred. d. §.3. l.de legit.agnat ſucceſſ.* id ſi quis, (præter Politicam rationem, ne familiæ plus juſto diteſcerent), ex nimio, quo fœminas amplexus eſt, amore, eum feciſſe diceret, fortaſſe non erraret. Certe, vero non adeo videtur eſſe abſimile, legem iſtam in gratiam uxoris ſuæ Theodoræ, quæ (ſi Zonaræ *in annal.in Iuſtinian.* fides habenda) maritum longo intervallo potentia ſuperavit, eſſe latam, quam & aliorum complurium privilegiorum in jure Juſtin. ſequiori ſexu indultorum occaſionem dediſſe non pauci adverterunt.

Digitized by Google

IV.

Lex illa quæ inter leges Salicas extat *ſub. tit. de Alo. lodis. 62. Edit. Heroldin. Vt videlicet de terra Salica in mulierem nulla portio hæreditatis tranſiret*, perperam, ac ſi ad jus publicum imperii, hæreditariamque Regni ſucceſſionem pertineat allegatur. Conring. *lib. de orig. iur. Germ. cap 7. p. 35.* Nec tamen lex iſta ad allodialia, hoc eſt, uti id explicat Hottomannus *Francog. cap. 10. ad ea bona, quæ non feudi ſed patrimonii jure à privatus poſſidentur*, pertinet. Sed peculiare quid, ab utreque diverſum, *terra Salica* ſignificabat. *Terra* quippe *Salica* ea erat, quæ hoſtibus devictis Regi militibusque *Salis*, id eſt, *Francicis*, aſſignata fuit. Agri enim ex hoſte capti partim Principi cedebant, partim militibus & veteranis in præmia aſſignabantur, partim veteri poſſeſſori relinquebantur. Gloſſar. Lindenbrog. *verb. Salica terra*. Vadianus *lib. 2. de colleg. & monaſt. vet. Germ.* ap. Goldaſt. *Tom. III. rer. Alaman. bona Salica* appellat freye Lehn Güter / iiſque opponit, *bona Fiſcalia* Ehrſchätzige Hoff-Güter. Idem dicit *in Epiſt. de obſcur. Alamannic. verb. ſignif.* ap. eund. Goldaſt. *Tom. II. rer. Alaman. part. 1.* Addimus, Salicum, ſi vera vocis origo, unde & hodie Germ. Salig / Sälig / ſpectetur, nihil aliud ſonare, quam traditum, devotum, dedititium, à Sellen / Salen / &c. Sic *bona Salica* eſſent bona deditia, fiſco devota, patrimonialia &c. quæ & in jure noſtro *Sacra* audiunt, quibus ſimilia *bona Eccleſiaſtica* hodie nonnullis in locis heiligen Güter vocantur.

Digitized by Google

CAP. VII.

PRogredimur ad *mortis cauſâ* ſucceſſionem *univerſalem*, cùm *teſtamentariã*, tùm *legitimã*; de qua utraque, in feudis receptâ, notatu *electisq;* noſtris non indigna putamus ſequentia.

§. 1. Scilicet (1.) in bonis *feudalibus* ſucceſſio hereditaria ſ. *hereditas* aliqua *peculiaris*, aut hereditatis propria quædam ac *diſtincta ſpecies*, fingi aut cogitari non debet. ſed *una eademq́; hereditas*, uti tàm *corpora* quàm *jura*, pignoris puta, emphyteuſeos, patronatus, jurisdictionis, cæteraque omnia, modò perſonis morientibus ſupervivere apta nata; ita & *feuda, ceu res particulares*, niſi aliud quid obſtet, *de quo infrà. n.3. ſeq.* transfert & ad ſucceſſores pervolvit. (2.) qui tamen *modus acquirendi* feuda nihilominus *univerſalis* dicendus videtur; non ſecùs ac quando alias *una* tantum eaq́; *minima* res pro herede capitur. quippe quod non materiæ quantitas, ſed *forma* intuitus modos *ſingulariter* & *per univerſitatem* acquirendi diſtinguat. adeò ut *hereditas* aliavé ſucceſſio *univerſalis*, *etiam penitus ſine re* vel ſine objecto, nonnunquam fit, *§.3. Inſt. de fideicommiſſ. hereditat. l.50. ibiq;* Dd. *ff. de pet. hered. l.3. §.1. ff. de bon. poſſ. l.8.*

 ff. Unde

ff. Unde liberi. rectèq; & aliàs conſideretur. *d.l.3.§.1.l.208. de V.S.§.1.de reb.corp.&c.* Ex hac ſingulari igitur *formâ* ſuâ h.e. ex *repræſentatione perſonæ* defuncti ſ. alterius deceſſoris unicè æſtimanda ac repetenda cujuſcunque ſucceſſionis *univerſalitas*.

§. 2. Interim (3.) ea poteſt *rerum* ſ. *objecti* eſſe conditio & *qualitas*, ſive à *iure*, ſive ab *homine* v.g. per ultimam voluntatem aut *inveſtituræ pactiones*, impreſſâ atque infixa, ut eam propter illiusmodi *res* ſive ad alium ſive ad ipſum illum tranſeant, qui ex lege vel teſtamento *heres* eſt, non tamē *quà talem*, nec cū *univerſali* ſive *repræſentativô* jure ac vinculô tranſeant perveniantque. ſic bona *majoratus* ſ. majoricatus, *primigeniorum*, *familiaria*, Stamm-Güter / *fideicommiſſaria*, *libertorum*, *caſtrenſia*, *dotalia &c.* non *heredibus*, aut ſi iis forte fortuna, non tamen ſub *hac*, ſed ſub alia *qualitate*, nempe quà *majoribus* ſ. ſenioribus, *primogenitis*, agnatis *majoribus*, ad fideicommiſſum *vocatis*, *patronis*, *marito*, *parentibus*, eorumque liberis, &c. per ſucceſſionem peculiarem deferuntur. confer. *l.16.§.6. de petit. hered. l.4.l.17.§.6. de oper. lib. l.1.2.l.14.ff.l.5.C. de caſtr. pec. l.6. de I. dot. Vlpian. in fragm. tit.6.§.2.* utut interdum, quoad *repræſentationem* defuncti ejusmodi *ſingularis* ſucceſſor *heredis* inſtar ſive in totum ſive in tantum obtineat ſæpe, ac proinde *ære alieno* prædeceſſoris vel ſimili onere puta *impenſæ funebris*, obſtringatur. de *parentibus* in caſtr. peculio *jure poteſtatis* ſuccedentibus, *Patrono*, *marito*, *patre* filiæ in matrimonio defunctæ, *legatariis partiariis* & *fideicommiſſariis univerſ.* res nota eſt: *l.17.ff. de caſtr. pec. §.5. ſeqq. Inſtit. de fideicomm. hered. l.15. & ſeqq. l.23. ſeq. ff. de religioſ. & ſumpt. fun.* & hodie

non-

nullis in locis defunćto *conjugi* ſuperſtes in bonis *mobilibus*, itidem cum *debitorum* illius *ſolvendorum onere*, ſuccedit.vid. D.Merckelbach.ap.Klock. *2. conſil. 64. n. 2.* Peck. *1. de teſt.conjug.c.45.n.13.*Fred.à Sande *tr.1.ad Conſ. Geldr.tit.3.c.2.§.4 n.11.ſeqq.* Rennem. *M.2. I. P. R. G. d. 28.n.17.*D.Feltman.*de jure rer.c.1.n.20.ſeq.* Th. Crag.*2. F.13.*ubi *heredem* hunc *mobiliarem*, quem vulgò vocam', ap. Anglos *executorem* dici & ad æs alienum defunćti ſolvendum præ *vero*,quem *illi* faciunt,*immobilium herede* teneri tradit.*jung.* Covvell. *2.Inſt.jur. Angl.14.in fin.pr.*

§. 3. Vtrumque (4.)in *feudis* uſuvenit: imò & *tertius* modus accedit quandoque, ut nempe ſucceſſor feudalis non *jure hereditario* & quoad effećtum duntaxat, ſed etiam ratione *ſubjećti* & quoad *ordinem* ſuccecedendi tanquam *heres* allod.veniat;adeòque,jus *heredis allod.*ac j⁹ *ſucceſſionis feud.* hoc caſu aut unum fiant idemque aut aliàs neceſſariò cohæreant. Vnde *duplex* ſtatuenda videtur ſucceſſio feud. noſtrà *ſingularis* & *univerſalis*, portò autem *hæc* in *plenè* ac *minùs plenè* talem ſubdividenda.

Singularis quidem in feuda defunćti ſucceſſio, juxta *Dd.*,*regularis* eſt & ordinaria;cum *univerſali* ſ.*hæreditariâ* nil niſi nomen,*heredum* feudalium,Lehens⸗Erben/commune habens.*confer.l.4.*ibi: *nec hoc quicquã commune habet cum hereditate* &c.*ff. de oper. lib.* quamvis hos *ſucceſſores* aliô ſenſu,eôdem fortaſſis quô res *immobiles* & prædia, nativa ſcil.feudorum materia, Lat. *heredia*, Germ. Erbe/ o'im Yrffe/Saxon.hodie Erve/Feſt.*de V.S.* Varro *1. de R. R.10.* Nonn. *c.1.de comp. doćtr.* Scken. *in reg.maj.lib. 2. c. 37.n.4.ſeq. Decal.Germ.vet. ap.* Alvred. Regem Saxon.*in*

 præfat.

præfat. Leg. ſuar. ibi: Ne wilna du dines Nehſtan Pyffes mit Unricht. Th. Crag. *2. F. 13. & 17.* Covvell. *2. Inſt. Angl. c. 14. pr. & §. 1. & lib. 3. c. 1. §. 2. & 12. heredes* appellari, excipere poſſes. Imò non magis *univerſalis* videtur hæc ſucceſſio, quàm eorum, quos *§. præced. n. 3.* recenſuimus, quorumque *jus* ab hereditate notanter & cum emphaſi diſcernitur plerunque. *vid. d. l. 4. l. 1. & 2. ff. de Caſtr. pec. l. 5. C. Eod.* Nec mutat, quamvis hujuſmodi ſucceſſor ſimul *vulgaris heres* mortui vaſalli exiſtat, adeòque *univerſalis allod.* ſucceſſio cum *ſingulari feud.* concurrat. Nam & patronus, utcunque in debita ſibi *tertia parte* heres à liberto ſcriptus fuerit, eam tamen non *hereditariæ*, ſed *ſingularis* ſucceſſionis jure capit ac proinde *abſque onere*; hoc ad *coheredes* patroni redundante *l. 4. §. 11. C. de I. patron. §. 3. Inſt. de ſucc. libert.* Huc ergò (6.) pertinebit, quod de *ſucceſſione feud. regulari* Noſtri docēt, per eam *primo acquirenti*, non *poſtremùm defuncto* ſuccedi, neque ex *hujus* jure, perſona & beneficio, ſed ex proprio jure & ſua perſona, beneficio autem *domini* & *primi acquirentis*, venire ſucceſſorem. *1. F. 14. in fin. pr. & t. 1. §. 1. & ſeqq. II. F. 45.* ibique Dd. *18. & 31.* Gail. *lib. 2. de P. P. c. 13. n. 7. 8. c. 14. n. 8. & lib. 2. obſ. 144. n. 2. ſeqq. obſ. 154. n. 2. ſeq.* Oldendorp. *aſſert. ex I. & æquit aſſ. 3.* Zoeſ. *c. 10. de feud. n. 2. omnino* Gudelin. *p. 3. cap. 1. n. 7. ſeqq.* Freder à Sande *tit. 3. ad conſuet. Feud. Geldr. c. 2. §. 1. n. 7. & §. 3. n. 1. tr. 1.* Carpz. *de oner. vaſall. D. 1. P. 1. n. 23. ſeqq.* Atq; hinc *fideicommiſſis*, maximè *familiarum*, feuda perſimilia & uti in fideicommiſſis ita & in feudis, ſemper ultimum poſſeſſorem oneratum & novum ſucceſſorem vocatum à primis auctoribus cenſeri. *arg. d. 11. F. 18. 23. & 31. in fin.* Sande *d. §. 1. n. 1. 7. ſeq.*

Zoëſ.

Zoëſ. *c.10.de Feud.n.2.& 5.* Phil. Knipſch. *c. 15. de Fidei-comm.famil.n.9.ſeqq. ubi plures c.præced.7.in fin.* Vno verbô, ſucceſſionem non eſſe ultimò *defuncti repræſentativam*, non *juris*, non *univerſalem*; ſed *primi acquirentis* beneficium, ſed *rei*, ſed *particularem*. adeò ut D. Ludvvel. *tr.de ſucceſſ.feud.c.1.* inter alias hanc *ſecundô loco regulam* ſubjecerit: *Succeſſio feudalis non eſt* univerſalis, *ſed* ſingularis. & alii feud. ſucceſſorem *heredem particularem* (*heredis* ſc. nomine, ne alioquin *contradictio* involvatur, latiùs ſumptô & ad *quemvis ſucceſſorem* extenſo: ad quem tamen ſignificatum probandum *l.65.de V.S.l.194.ff.de R.I.* nihil faciant; rectiùs autem adducuntur *text.Iur.Feud. paſſim & al.ſup.alleg.* quibus ſucceſſor feud. *heres* nominatur) vocare non dubitent. Carpzov. *d.poſ.1.n.29.ſeq.* Germani noſtri & hîc linguæ ſuæ ubertate feliciorique diſtinguendi arte Romanis ſuperiores facilè ſe oſtendunt, quum hanc *ſucceſſionem* Lehens-Folg/ ipſosque *ſucceſſores*, Lehens-Folger aut Lehens-Erben/ & his oppoſitos veros ſeu allod. heredes, gemeine Eigenthumbs- oder Lands-Erben appellitant.

§. 4. Eſt nihilominus & univerſalis quædam in feudis ſucceſſio, ut *antea n.4.* diximus. cujus *pleniſſimus* modus in iis proculdubio feudis eſt, quæ, ſaltẽ quoad *ſucceſsionem, allodii naturam* habent. habent autem vel ex *hominis* vel ex *juris* proviſione. Ex *hominis*; ſi feudũ eô animô iisq; verbis, de quib. H. Piſt. *2.q.1.* Bocer. *c.5.de diſtrib. feud.n.27.ſeq.* Vulr. *1.F.8.n.54.ſeqq.* Wurmſ. *cl.3.de feud. impropr.ſect.5.n.69.ſeqq.n.83.ſeqq.& alii mox cit.* ita conceſſum, ut *merè* & *abſolutè hereditarium* ſit, h.e. propriorũ bonorũ jure cenſeatur. *arg.11.F.48.ibiq. Dd.* Guerr. Soac.
 præ-

prælud. c. 46. n. 1. ſeq. Bocer. *d. c. 5. n. 11. 16.* VVurmſer. *d. ſect. 5. n. 81.* Gail. *2. obſ. 154.* D. Struv. *c. 4. a. 12. n. 4. & a. 13.* Schoner. *1. D. 1. n. 56. ſeq.* Thummerm. *infrà cit. fund. Par.* 4. *n.* 4. *ſeq.* Th. Crag. *1. F. 10. & 11. ubi feudum* ſimplex *vocat & definit, quod ad vaſallum ac quoſcunque ejus* heredes indiſtinctè *pertinet.* Ex *juris*; ſi eô vel ſcriptô vel non ſcriptô feudis *merè hereditaria* illa ſeu *allodij qualitas* indita eſt. Sic feuda Geldr. Zutphan. Monfort. Brabant. Holland. Traject. Tranſiſul. Mechlin. ac Kuickana eſſe citra controverſiam *merè & abſolutè hereditaria* ſcribit Freder. à Sande d. *tit. 3. ad conſ.* feud. Geldr. *c. 2. §. 2. n. 4.* & *tr. 2. c. 48. 1. n. 9. ſeq.* (utut is appellationem iſtam aliter ac cæteri Dd. uſurpet. *vid. d. c. 2. §. 7. & d. c. 4. §. 1. n. 9. & paſſim*) Idem de Galliæ, ac præcipuè Delphinatus, Angliæ, Sicil. Neapol. Cypr. Hungar. Belg. Cathalon. Hiſpan. Mant. Montisferr. & aliarum Ital. provinciarum &c. moribus, iiſque feuda patrimonialia effecta eſſe, teſtantur Guido Pap. *deciſ. 59. n. 2. & deciſ. 297. n. 2.* Roland. à Vail. *vol. 1. conſ. 2.* Chaſſan. *ad conſuetud. Burg. tit. des fief. 5. §. 5. n. 1.* Molin. *ad conſuet. Paris tit. 1. pr. n. 116.* Gail. *2. obſ. 149 n. 10.* Chriſtin. *4. deciſ. Belg. 212.* Arthur. Duck. *1. de auctor. jur. Rom. c. 6. §. 8.* VVerner. Thummermuth *in tract.* Krumſtab ſchleuſt niemand aus *&c. Archiep. fund. 2. n. 45. ſeq. & fund. 4. Par. Cur. n. 79.* Radelant *deciſ. ultraject. 125. n. 26.* Fontanell. *de pact. nupt. Cl. 4. gl. 12. n. 6.* Gudelin. *p. 3. c. 1. n. 11. c. 2. n. 13. c. 3. n. 13. c. 5. n. 12. & 14. p. 4. c. 2. n. 16. & ſeq.* & universè omnia hodie feuda, præſertim *Ducatus* & *Principatus* cum pertinentiis ſuis, ſi non *mera* ſaltem *mixta* hereditaria eſſe, *inveteratam ſententiam* dicit D. Gœdd. *vol. 4. conſil. Marp. 16. n. 125.* allegatis Joach. Maurit. *4. conſil. var. 36. n. 13.* (qui tamen

men ibi in eo eſt, ut ad quæſtionem an feudum *præſumatur* hæreditarium? reſpondeat; & cætera loquitur de feudis hac formula, *tibi & heredibus* &c. conceſſis) & H.Piſtor. *p. 2. quæſt. 3. n. 59.* qui itidem de *præſumptione* duntaxat loquitur: & ita ipſemet Gœdd. ſe interpretatur *d. vol. 4. conſ. 37. n. 834. & 1149.* add. Vult. *1. F. 8. n. 67.* Equidem uti in *Germania* noſtra ad indolem allodiorum feuda, præſertim majora & regalia ; (horum poſſeſſoribus forſan *beatam* illam *vitam* appetentibus quam *caſtrorum in Lombardia, nullo feudo ſubjectorum*, dominos vivere deprædicat J.P. Ferrar. *tit. 34. gl. 8. n. 39.*) paulatim propius propiusque rediiſſe, ipſa res loquitur: *confer. Differt. de Teſtam. Princ. vel Comit. ſub n. præſid. hab. §. 15. n. 6. ibiq; alleg.* Arniſæ. & Forſtner. ita non diſſimulamus, de reliquo nimis liberalem illam & indefinitam aſſertionem ſemper nobis ſuſpectam viſam etiamque nunc videri. evidens certè & quotidiana obſervantia aliud ubivis commonſtrat. Nec crediderim , in cæteris illis, quas jam memoravimus, regnis ac provinciis , unam omnibus feudis ad inſtar allodiorum & quidem per omnia redactam concinnatamque faciem formamque nunc extare. multos quoque Dd., præcipuè vetuſtiores & ex quibus alii ſua hauſerunt, reſtrictius preſſiusque vel ſcripſiſſe vel ſenſiſſe, inſpecturo palam fiet. & ſi quæ tandem ſolutius incurioſiusque dicta occurrent, anguſtiori interpretatione compeſci ac ſuſtineri; denique exemplô imperatoris noſtri, qui poſtquam in *verſ. Ha mortis. §. 1. de Donat.* donationes m. c. ad exemplum legatorum redactas *per omnia* dixiſſet, ſubinde velut re conſultius expenſâ ſubjecit: ut *per omnia fere* legatis connumerentur &c. illud

lud *ferè* ſi non de ſuo ſaltem de noſtro aſſuere par commodumque fuerit. *confer.* Gronvveg. *de leg. abrog. ad l. F. 7.* ibi: *ferè redacta ſunt.*

§. 5. Quicquid autem de his ſit, in eo (7.) convenitur, *feudum* hujuſmodi *hereditarium*, *non ſingulari, ſed univerſali & hereditariâ ſucceſſione tranſmitti*; quam de hoc feudo regulam, *ſup. §. præced.* traditæ directò contrariam, proponit idem D. Ludvv. *c. 4. de diviſ. Feud reg. 1.* Thummerm. *mox cit. 4. fund. n. 11. ſeqq. n. 57. ubi plur.* item: *ſuccedere* in eo non tantùm *agnatos*, ſed etiam alios, modò *ad ſervitia præſtanda habiles*; nec tantùm *ab inteſtato*, ſed quoque *ex teſtamento.* Ludvv. *d. l. reg. 2. & 3.* Thummerm. *d. tr. 4. fund. Par. Cur. n. 2. 13. 33. 36. jung. Dd. hact. alleg.* inter quos tamen Gail. Schoner. Thummerm. *d. fund. 4. n. 15. ſeqq. n. 58. ſeqq.* Gudelinus & alii *fœminas*, & cæteras perſonas *ab ſervitia præſtanda inhabiles*, modò hereditatis allod. capaces, *Thummerm. d. 4. Fund. Par. n. 12.* admittunt quoque. De *aſcendentibus* nulla ferè controverſia. *add.* Roſenth. *c. 7. q. 14. n. 22.* Bocer. *c. 4. de ſucceſſ. q. 1.* Thummerm. *d. tr. fund. 5. Par. n. 231. ſeq.* Hæc igitur (8.) feuda (*patrimonii allod. partem* diſertè nominant, *Thummerm. d. 4. Fund. Par. n. 12.* Bocer. *de diſtr. Feud. c. 5. n. 54. &c.*) & allodia, unam hereditatem conſtituent ejuſq; adeò partes integrantes erunt, quarũ proinde ſucceſſor neutram acquirere ſolam poſſit, ſed utramque vel agnoſcere vel repudiare teneatur. H. Piſtor. *d. q. 1. n. 72.* Wurmſer. *d. cl. 3. ſect. 5. n. 98. & 104.* Bocer. *d. c. 5. n. 51. ſeqq.* id quod & præcedentibus conſectarium & conſentaneum juri civili *l. 1. & 2. ff. de acquir. hered. l. 141. de R. I. conf. eruditiſſ. ICtus* Fred. à Sande *d. tr. 2. tit. 2. c. 4. §. 1. n. 8. ſeqq. & tr. 1. tit. 3. c. 2. §. 4. n. 5. ſeq.*

§. 6.

Digitized by Google

§. 6. Sed quid ſi (9) heres non minùs *allodialem* hereditatem, quàm *feudalem* adire quidem velit ſeu retinere, at nequeat, ſive jure communi, *illam* matri aut alii feud. ſucceſſionis incapaci deferente, ſive ſtatuto ſpeciali prohibitus, ſive quâ aliâ ratione? finge, *Primum* improlem deceſſiſſe, relictis *maternis* prædiis, cùm *allodialibus* in Friſia, tùm *feudalibus* in Buchonia ſitis. ſuperſtites ſunt, hereditatē creturi, parens *Secundus* & avunculus *Tertius*. Buchonica *feuda merè hereditaria* eſſe ponemus, ita ut, allodiorum ritu, aſcendentibus quoque deferantur. Ea ergò *Secundus* jure ſibi vindicat, *Tertiumq;* excludit. Allubens quoque *materna* filii ſui *allodia* Friſica capeſſeret; atque id imò ſatagit. At ſummovetur lege Friſ. in maternis hiſce *Primi* allodiis *avunculum*, quamvis collateralem, ipſis aſcendendentib⁹ *paternis* præferentem. Quæ lex antiquiſſima, in ſolennibus gentis comitiis Anno 1326. ap. Upſtallesb. inſtaurata ita habet: *in adeundis hereditatibus jus proximitatis valeat, habitâ ratione ejus lineæ, unde bona provenére.* add. Stat. Friſ. Orient. *lib. 3. c. 138.* ibi: alle Loeff-Gut fallet da wedder hen / dar dat von uhtgekommen is / und nicht an de ſibbeſten Frinde ꝛc. *junct. c. 154. 155. 165. & 189.* Num igitur, quia hîc *ſpe*, illic etiam *re*, excidet *Secundus*? ſpem enim iſtam certiſſima juris, quô utimur, definitio vanam utique reddit, *in acquiſitione immobilium hereditaria vel ſimili cujuſq; loci leges moresq; attendi* jubens Land-Recht. *lib. 1. art. 3.* ibi: empfähet Erbe nach des Landes Recht und nicht nach des Mannes Recht / Er ſeye Bäyer / Schwab oder Franck. *lib. 3. art. 79.* J. Ferrar. *tit. 48. pr. Pap. gl. 8. n. 8.* Schrader. *p. 7. de F. c. 5. n. 72.* Bocer. *Cl. 1. D. 3. n. 44.* D. Reink. *de retr. conſ. q. 1. n. 45.* Th. Crag. *2. F. 17. f. 254.*

& viciſſim *Tertius* , cùm is *feudi* ſucceſſione arceatur legg. Buchonicis, proinde nec *allod.* hereditatem retinebit? utrumque ſanè Dd. noſtros affirmaturos eſſe, ante differta arguunt. & verò *exheredatum* à *feud.* quoque ſucceſſione illi apertè repellunt; Piſtor. *l. q. 1. n. 68.* Vult. *1. F. 9. n. 197.* Rol. à Vall. *1. conſ. 23. n. 23.* nec non eũ, qui *heres* quidẽ, ſed non *univerſalis*, h. e. non univerſi & ex *allodiis* & ex *hered. feudis* conſtantis patrimonii. Afflict. *deciſ. 135. n. 17.* Covarr. *lib. 2. var. reſol. c. 18. n. 5.* Rol. à Vall. *conſ. 10. n. 20. vol. 3.* faciũt quoq; *ſup. adductæ ll. Rom.*; & quòd ipſæ, quæ in caſu, quò *alter heres non* eſt, ad ſucceſſionem vocant, eum admittuut quoque in caſu, quô *alter heres eſſe nequit. l. 2. §. 3. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. 56. ff. ſol. matrim.* Quid ergo? an feuda Buchonica *Seniori*, quorſum ex parte jamdudum inclinârunt Curt. *jun. p. 1. de feud. q. 8. n. 20.* Alciat. *conſil. 199.* à Valle *conſ. 23. n. 52. vol. 1. & conſ. 23. n. 19. vol. 3.* allodialia Friſica *Fiſco* addicemus? iniquum id atque abſurdum fortè pronunciabis cum *ſæpe laud.* Sandæo *d. §. 4.* quale tamen quicquam ex legibus Rom. vel juſtâ ſaltem conſequentiâ effici poſſe, non temerè aſſerendum. Cur verò, uti aliàs ad judicem communem ſuperiorem, præteritis inferioribus; ita hîc ad *jus commune ſuperius*, præteritis inferioribus ſtatutis, hoſce *ex diverſis territoriis* litigantes ire adeòque *Tertium*, & ordinis & gradus geminâ, quam ex jure Rom habet, prærogativâ fretum, ſuccedere ſolum non jubemus. *conf.* D. Struv. *c. 11. de priv. vind. aph. 32.* Sed fruſtrà, cùm hodie vel ipſe Imperator in ſummis Imperii conſiſtoriis, ſecundùm *cujuſque loci ſtatuta*, utpote juri communi derogantia, judicare teneatur. ipſi a. *territoriorum Domini* tantum abeſt ut in-

vicem

vicem ſibi ceſſuri, ut potiùs *novô jure*, etiam ſucceſſionis excluſivô, quoque erga ſubditos non ſolebant, adverſus extraneos tali caſu uſuri videantur. Thoming. *deciſ. 26.* Hartm. Piſtor. *obſ. 43.* Schult. *obſ. pr. 6.* D. Struv. *aph. 22. ſeqq. aph. 33. ſeqq. d. Diſſ.* Carpz. *1. P. F. S. p. 3. C. 38. def. 5.* Et quid ſi *Terti⁹* & *Secund.* ex duab⁹ eſſent provinciis (cujuſmodi caſus proponunt Joh. P. Ferr. *&* Crag. *dd. ll.*) eundẽ ſuperiorẽ vel jus commune civile, ad quod recurri poſſit, non habentibus? Aliâ (10.) elabi tentant Jac. de Belviſ. Bald. & Alvarot. *in 2. Feud. 45.* Capit. *deciſ. 199. n. 7. &c.* rati, poſſe quem utut in *allodiis*, modò *nullâ ſuâ culpâ*, heredẽ non factum, nihilominus in *feuda ſola* jure ſuccedere. Et quamvis intercedat modumque, quô ergò ad ſucceſſorem hunc non *titulô hereditariô*, & tamen *jure ſanguinis*, tranſire queat *hereditarium feudum*, oſtendi ſibi poſtulet Fred. à Sande *d. §. 4. n. 6.* de cætero funiculi hujus contortiſſimi nodos ingenioſiſſimè ſolvens. Ex *juris* tamen *Rom.* armario ſuppetunt, queîs *Veteranos illos* inſtruamus. Hoc ſiquidem jure filii paternâ *hereditate ſe abſtinentes*, imò etiam *bonâ mente exheredati*, *jura* operarum & bonorum ſucceſſionis, quæ in *paternis libertis* habent, non amittunt; amittunt autem, ſi *culpâ ſuâ* fuerint *exheredati. l. 9. ff. de I. patron. l. 22. §. 1. l. 29. ff. de oper. lib. l. 10. §. 1. l. 12. pr. §. 2. & 7. l. 27. l. 47. pr. & §. 4. ff. de bon. libert.* quæ ſanè emolumenta non per *hereditatem*, quamvis *jure ſanguinis* & propinquitatis, (hôc ſcilicet per *mala merita* iisque provocatam *exheredationem* velut imminutô, præcluduntur *exheredati*; unde *injuſtâ cauſa* exheredatum ad feuda etiam heredit. admittunt Noſtri. Vult. *1. F. 9. n. 197.*) à patre ad liberos pervenire patet ex *l. 24. ff. de I. Patron.*

Digitized by Google

l.3.ff.de interdict.l.7.§.6.ff.de oper.lib.junct.1.F.8.pr. Sic in *ſepulchro hereditario*, liberis quidem *abſtinentibus* & ſepeliri licet & mortuum inferre, *exheredatus* autem, niſi *humanitatis gratiâ* & certô modô, non licet. *l.6.ff.de relig. & ſumpt.fun.* ſimile eſt, quòd jus *familiaris* ſepulchri ad *agnatos*, etſi *heredes non ſint*, eosque ſolos pertineat. *l.8.l.13.C.d.t.junct.l.1.§.1.ff.de I. immun.*

Equidem (u.) prævidit hæc tela Cl. Sandæus, ac proinde in *d.§.4 n.3.* ſuam opinionem ita muniverat. 1. patre adhuc *vivô* & jus ſucceſſionis liberti *repudiante* filium admitti, ait: illud itaque *in bonis* patris defuncti non fuiſſe, nec *ſanguinis jure*, per ipſius mortem, ad filium cenſeri tranſmiſſum. 2. *jus ſepulchri* eſſe rem *divini juris* & *extra bona* defuncti. Deinde filios ipſum *humanitatis* potiùs *gratiâ* quàm *juris ratione* obtinere.

Sed ℞. ad 1. plus inferri aut elici ex præmiſſo velle, quam vis ejus virtusq; patitur. Præterea ad *feudalem* quoque ſucceſſionem, quam *pater vivus* repudiat ſ. *refutat*, filius admittitur. *II.F.14.38.&c.* ad 2. *ſepulchrum* quidem ipſum eſſe rem *divini juris* & *nullius* in bonis: *jus* v. *ſepulchri* ſ. *inferendi* omninò *in bonis* eſſe, & ad inſtar aliarum rerum patrimonialium diſtrahi, alienari, in heredes tàm inſtitutos quàm legitimos tranſmitti &c. *l.6.l.7.§.1.l 41. l.43.ff.l.8.l.13. C.de relig.l.4.§.21.ff.de fideic.lib.l.1.§.2.de mort.infer.l.6.l.3.ff.de ſepulch.viol.* Deinde *jus* hoc cùm ad heredes extraneos, tùm multò magis ad filios *ipsâ juris ratione* pertinere, diſerti textus ſunt in *d.l.6.l.8.& l.13.* quod verò in *d.l.6.* de *humanitatis* cauſa extat, uti ad filios *exheredatos* expreſsè ibi reſtringitur; ita in *non exheredatis* aliter, & quemadmodum antè diximus, rem habere ulterius evidenter confirmat.

§. 7

Digitized by Google

§. 7. Ipſe denique (12.) Freder. à Sande faciliùs rem ita expediri poſſe autumat, ſi unius ejuſdemque defuncti diverſa patrimonia, *diverſas hereditates* & diverſos ex aſſe heredes, quamvis *præter Rom. juris* rationem, toties conſtituantur, quoties alii hereditas *allod.* ſeu rerum mancipi, alii, *ſanguinis* tamen jure, (quod ipſe *hereditarium* interpretatur) Feudorum ſucceſſio defertur. Secundùm Argentr. enim, *art. 218. ad Conſ. Britann. gl. 6. n. 20. ſeqq.* Si quod diverſè jure regitur, id pro pluribus haberi adeòque unius hominis *unum* idemque *patrimonium*, in diverſis ſitum territoriis, non aliter tranſmitti, quàm ſi *plurium* eſſent *patrimonia*. alia item *allodialis* patrimonii & heredis, alia *feudalis* onera eſſe. *d. §. 4. n. 15. ſeqq. & ſeq. tr. 2. tit. 2. c. 4. §. 1. & c. 5.* Poſtremò (13.) juris Rom. exempla adducit ſatis oportuna ex *l. 17. § 1. ff. de teſt. mil. & l. 15. ff. de pecul.* quib. jungi poterunt *ſup. §. 2.* allata; itemque novum ex *tit. ff. de ſeparat.* ubi quoque *unum* unius hominis *patrimonium* veluti ſcinditur *duplicisq;*, quoad ipſa *hereditaria* onera, *patrimonii* jure cenſetur. Secundùm hanc ergo *Sandæi* doctrinam, *Tertius* in ſpecie propoſita allodialis, *Secundus* feudalis *heres* & uterque, pro ſua parte, *oneribus hereditariis* quibuſvis foret obnoxius. Nec aliud reſpondendum eſſet in quæſtione de bonis *uno* quidem eodemque in *territorio* ſitis, ſed quorũ ſucceſſio; uti hîc in *feudis* & *allodiis* aliàs in *mobilib9* & *immobilibus*, *hereditariis* & *acquiſitis* Erb- und errungene Gütern / (not. *illa* nõ niſi ex *primi acquirentis* ſanguine oriundis, *graduum* tamen habitâ *prærogativâ* eâque ad *ultimò defuncti* perſonam exacta; *iſta* autem cæteris quibusque cognatis, jure Friſ. deferri. *vid. ſup. §. 6. pr.*) *paternis*, *maternis*, *caſtrenſibus* & *non caſtrenſibus* &c. uſuvenit, *di-*

verſò jure regitur: *hujus* enim, non *loci*, diverſitas *heredum* illam *hereditatumq; diſtinctionem* importat operaturque, *conf.* Gudelin. *2. jur. noviſſ. t.5.* Lamb. Gor. *tr. 4. adverſ. §.12.* Cypr. Regner. *cenſ. Belg. ad §.5. I. de hered. inſtit. & diſp. 9. n.12.*

§. 8. Ex eadem Sand. doctrina (13.) & illud contra *comm. opin.* (*de qua ſup. §.3. fin.*) ferè efficitur, *conf.* Sande *d.c.2. §.3. n.16. §.4. ubi probat omnem ſucceſſionem, quæ poſtremò defuncto fit jure ſanguinis, hereditariam eſſe & §.5. n.2.* ſucceſſorem in feudis *antiquis*, etiam *non hereditariis, poſtremò defuncto jure ſanguinis* ab inteſtato (nam ſi *ex teſtamento*, res caret *dubio*) ſuccedentem non minus *univerſalem* eſſe ſucceſſorem hujusq; ſui *patrimonii* ſaltē *feudalis* ære alienô, *onera* ſ. *debita feudal.* Lehen-Schulden vulgò vocant, etſi per *ultimum poſſeſſorem*, den letzten Lehenträger / contractô *obligari.* Et *poſterius* Dd. cùm concedant; *c. præced. 6. §.10. p.106.* cauſam verò *obligationis* neque ex *hereditario* ſ. univerſali, neque ex aliô quôdam *jure in re*, ſed ex *æquitate*, neſcio quâ, derivent: *vid.* D. Struv. *c.14. aph.5.* vel propterea *accuratiſſ. Sandæi* doctrina, quippe commodam certamque *obligationi* iſti cauſam aſſignans, temerè damnanda non videtur.

Nec eam (14.) parum juvat, communique Scholæ officit, quòd *titulus*, in quo ſucceſſio *particularis* hîc fundetur, alius non ſuppetat, quàm quô, fortè *ſingulari, primus auctor* (utpote cui, non *ultimùm defuncto* in feudis *rectis* ſ. *non hereditariis* ſuccedi, itidem ex communi Dd. opinione jam *ſup. §.3. n.6.* tradidimus) feudum acquiſivit. atquin iſte titulus, ut fuerit *ſingularis* in *primo auctore, remotior* tamen eſt & alien' in præſenti *ſucceſſore*; qui nempe aliô

pe aliô titulô, eôque *proximô*, niſi *mortis cauſa* & ſanguinis *agnationiſq;* jure, non venit. *Conſid.* Sande. *d. §. 3. n. 4. & 16. & tr. 2. tit. 2. c. 4. §. 1. n. 9.*

Quid quòd (15) non deſint, qui in ipſis his *non-hereditariis* feudis potiùs *ultimùm defuncto*, quàm *acquirenti primo* ſuccedi contendunt, *vid. infrà §. 10.* & contendunt ſanè (*vid.* Sande *d. c. 2. §. 3. n. 7. ſeq. & infrà n. 17.*) omnes, quotquot hîc *proximitatem* metiuntur non *primi auctoris*, ſed *poſtremi poſſeſſoris* reſpectu. Id a. communiſſimè faciunt. *vid.* H. Piſtor. *3. q. 23. n. 33. ſeqq.* Roſenth. *c. 7. q. 57. n. 10.* Vultej. *1. F. 9. n. 224. ſeqq. n. 227. 223. ſeq. ubi hanc partem meliori & majori parti Interpretum placere, uſu obſervari proq; ea Ingolſtad. FFurt. Marpurg. Helmſtad. alioſq; Germ. JCtos pronunciâſſe teſtatur.* Sande *d. c. 2. §. 1. n. 14. ſeq.* Knipſch. *c. 9. n. 29.* Klock. *vol. 3. conſ. 142. n. 25. & ab iis alleg. innumeri.* Ita nihil notius aut magis indubium, quàm, in ſucceſſione feudi *aviti*, patre meo mortuô, mihi delatâ, me *patruo*, utut is *primo acquirenti* propior ſit, omninò præferri. Vultej. *d. loc.* Carpzov. *I. P. F. S. p. 2. conſt. 46. def. 5. &c.* Equidem (16.) non negamus, multos magni nominis JCtos in contraria eſſe ſententia & proximiorem *primi acquirentis* proximiore *ultimò defuncti* potiorem ducere. Covarr. Menoch. Tiraquell. *& alii laudadati à* Thummerm. *d. tr. 4. fund. Par. Cur. n. 21.* & Knipſchild. *d. c. 9. n. 81.* inter quos etiam Surd. *3. conſ. 305. n. 27.* & *ipſe* Gail. *2. obſ. pract. 149. n. 2. obſ. 154. n. 3. n. 3.* Weſenb. *c. 6. de feud. n. ult.* Matth. *2. conſil. Marp. 26. n. 132.* Vult. *4. conſ. Marp. 47. n. 2.* Sed cùm hi (17.) indidem, bonâ hactenus illatione, ſimul colligant; ergò in feudis hujuſmodi non defuncto *poſſeſſori ultimo*, ſed *primo auctori*, cujus ſc. *proximitas*

mitas ſpectetur, ſuccedi: Thumm. *d. fund. 4. n. 27. & cæteri Dd. jam allegat. d. ll. n. ſeqq.* Vult. & Piſtor. *infrà §. 9. in fin. cit.* eò ipsò *Sandæi* opinionem, ſi nimirum ex communiori & receptiori doctrina proximitas *ultimò defuncti* potiùs quàm *primi acquirentis* ſpectari velit, inſigniter ac nervosè confirmant.

Et poſſet (18.) ad eas, quæ *ſup. §. 3. verſ. imò non magis & ſeq.* ex jure *communi* attulimus; vel ipſos illos in *ibi cit. §. 2. n. 3.* ex J. civ. memoratos *ſucceſſores, ne patronò* quidem in totum exempto, quaſi per *univerſitatem* & in *peculiare* aliquod, à reliqua hereditate ſecretum, defuncti *patrimonium* ſuccedere, prout *in d. §. 2.* ipſi monuerimus; haud ineptè forſan regeri, ſimulque exemplo in *verſ. nec mutat.* ex *alleg. ibi l. 4. §. 11. & §. 3.* producto commodè opponi *parens*, qui, à filio milite *heres ſcriptus*, non *ad finem caſtrenſis peculii*, ceu in caſu *ſucceſſoris peculiaris ab inteſtato* aliàs ſolet, ſed *in univerſum* & *perpetuò* teneatur, tanquam *verus heres.* vid. *l. 17. ff. de caſtr. pec. l. 17. §. 1. ff. l. 1. C. de Teſt. mil.*

§. 9. Vix itaque, quo *comm: opinio* muniatur, quicquam ſupererit, niſi dicemus, *particulari* quâdam *ſubſtitutione* ſeu *fideicommiſsò, conf. d. §. 3. n. 6.* Gœdd. *3. conſil. 33. n. 24. 38. ubi feudum æquè ac fideicommiſſum eſſe rem reſtitutioni ſubjectam docet.* feuda de poſſeſſore in poſſeſſorem, von einem Lehens-Trager oder Folger zum andern/ transferre & proinde in *locum* tantùm *ultimò defuncti*, in *jus* verò *primi acquirentis* ſuccedi; *recol. c. præced. §. 2. fin.* ut tamen proximitatis ratio ſ. graduum computatio ad *illum* potiùs quàm *iſtum* referatur: non tantùm quoniam *jure* ita cautum receptumque, ut nempe in *fideicommiſſis*

(etiam

Digitized by Google

etiam *contractu* inſtitutis, Peregr. *art.51.de fid.n.59.add.c. praeced.in fin.)* & ſimilibus, poſt mortem alterius, alteri eique *proximo de familia* reſtituendis, *proximitas* hæc ex perſona gravati ſ. *noviſſimi poſſeſſoris* æſtimetur; *l.32.§.6. l.69.§.3.ff. de Leg.2.* Fernand. Vaſqu. *lib.3.de ſucceſſ.§. 27.n.3.ſeq.* H.Piſtor. *3.quæſt.23.n.42.* Vinc.Fuſar. *de ſubſt. fideicomm.quæſt.484.* Knipſchild. *d.c.9.n.83.ſeqq.* ſed etiam quia *primus* vaſallus & dominus idem intendiſſe videntur. hi enim in prima inveſtitura diſpoſuerunt, ſaltem tacitè, ut *noviſſimô* de primi vaſalli familia v.g. defunctô feudum reſtituatur domino, adeòque dominus non *ſingulis* quidem *liberis*, ſed *noviſſimo*, quem diximus, ſit q.ſubſtitutus. *arg.1.F.1.& 13.11.F.11.* cujuſmodi in caſu inter medio tempore ſucceſſuros *jus legitimarum hereditatum cuſtodiri* jura volunt. *§.6.I. de pupill.ſubſt. l.57.ff. Eod. junct.l.78.§.3.l.87.§.2.ff.de leg.2.L.2. C. quando dies leg.*

Utcunque ergo ex beneficio aut proviſione *primi acquirentis* feudum capiant, *remotiſſimi* etiam vaſalli, hactenusq; ei *ſuccedere* rectè dicantur; idipſum tamen non obſtabit, quominus, & *legis* & *hominis* conſilio iſthuc collimante, *propinquitas* ad ſuccedendi jus prærogativum profectura non ex *conjunctione*, quam cum *primo acquirente*; ſed ex ea, quam *ſecum invicem ſucceſſuri* habent, conſtituatur dijudiceturque. *confer.* Vult. *1.F.9.n.213. verſ.res eò recidit ſup.§.7.fin.* Et cur aliter? Annon ipſum feudi *dominium* utile *primus acquirens* à ſe ad *quoſvis ſucceſſores* inveſtitos, ita ut unus ab altero cui ſanguinis jure ſuccedit *proximè*, à primo acquirente *remotè* tantũ illud accipiat transfert deſtinatq;? quod utique plus eſt, quàm

computandi ab aliquo fieri initium: *res* enim ipſa *modò* rei ſ. ordine potior. Annon bona majorum ſ. *avita* uhralte Stamm- und Erb-Güter itidem *primi domini* beneficiô adipiſcimur, unde ea feudis antiquis cõparant; Hoping. *c. 21. de I. inſign. n. 223.* & tamen in iis eôdem, quô in *noviter quæſitis*, eroberten und errungenen Gütern / ordine citra controverſiam ſucceditur? parum igitur firmô argumentô nituntur, qui prout alicui, ſive *remotè* ſive *proximè ſucceditur* aut *non ſucceditur* in feudis, ita & iſthâc quidem *causâ* ab eodem *proximitatis* rationem aut arceſſi aut non arceſſi debere concludunt. Et tamen hæc duo; ex *ead. perſonâ & lineæ & gradus proximitatem æſtimari*; ſemper conjuncta exiſtimat &, id non exiſtimare, *hominis in jure peregrini eſſe* judicat Vult. *1. F. 9. n. 235. add.* Piſtor. *3. q. 23. n. 10. & 41.*

§. 10. Id verò ipſi *juris feud. textus*, præter hactenus diſputata, haud obſcurè comprobant, in feud. ſucceſſione *propiorem* non *primi* ſed *noviſſimè defuncti* vaſalli intuitu dici haberique? *vid. 1. F. 1. §. 2. verb. frater fratri &c. §. 4. verb. ultra fratres patrueles. 11. F. 11. pr. & verſ. His v. & 50.* Bocer. *d. c. 5. q. 16. p. 436. & ſeq.* Quinimò *in 11. F. 37.* diſertè conſtituit JCtus, feudum paternum *ad agnatum proximiorem* pertinere, eôdem prorſus obſervando quàm ad *ordinem gradus* qui *continetur in llbus*: ſc. *Romanis*, *11. F. 1.* Cujac. *ad. d. c. 37.* Corvin. *2. F. 4.* Klock. *3. conſil. 145. n. 66. & 70.* vid. Sande *d. c. 2. §. 6. n. 3. & 8.* Bocer. *d. c. 5. quæſt. 21.* in *llbus* autem hiſce proximus dicitur, qui *paucioribus* quàm cæteri à *defuncto*, vom letztern Erblaſſer / gradibus abeſt, *l. 2. §. 2. ſeqq. ff. unde legit. l. 1. §. 5. ſeqq. ff. unde cognati. §. 6. Inſt. de legit. agn. ſucceſſ.*

§. 11. Atque omnia illa in *deſcendentium* ſucceſſione,

ſione, *conf.* Sande *d. c.* 2. §. 5. veriſſima ſunt proculdubio; non item in *tranſverſalium*, præſertim diverſis ex *lineis* concurrentium. hos etenim eô debere, quem *proximitas* ad *primum* beneficiarium, non ad *ultimum* relata exigit, ſuccedere ordine, viri eruditi exiſtimant, non ſine juris noſtri auctoritate. tractatio ſalebroſa eſt & impedita. planior evadet promptiorque exemplô ſubjectô, eôque & externis ſenſibus, ad manifeſtiorem rei cognitionem nonnihil conferendi, factâ copiâ. Ecce igitur perſonarum, quas res attinet, nomina ſeriemque.

FELIX.

Stephanus Sergius
Mattheus W ernerus Erneſtus
Conradus Huldricus. Olaus Gerbertus Nero
Magnus Ferdinandus Chriſtianus
Adolfus.

Feudum *Tullianum* à *Felice* ad *Stephanum*, inde ad *Erneſtum* & denique ad *Chriſtianum* pervenit. *Chriſtianus* itidem diem ſuum obiit, ſuperſtitibus feudique Tull. hereditatem ambientibus patruo magno *Sergio*, patruo *Matthæo*, & alterius patrui *VVerneri* pronepote *Philippo*, nepote *Ferdinando* & filiis *Huldrico* ac *Gerberto*. Quæritur quid juris? Secundùm *leges Rom.* expeditum eſt, patruo *Matthæo*, tanquam proximo *Chriſtiani* agnato, & quidem *ſoli*, utpote alterius patrui *VVerneri* filiis gradu inferiori conſtitutis & ad ſuperiorem, beneficiô repræſentationis hîc ceſſante, eniti non valentibus, ſucceſſionem deberi. Secundùm alias autem atq; alias FF. regulas, quibus nempe graduum connumerationem à *primi vaſalli*

ſalli perſona repetendâ ordiendamvé; *ſup. §. 8. n. 15.* Collaterales item non quà tales ſed *quà deſcendentes* ſeu *poſteros primi beneficiarii* ſuccedere, *vid.* Vult. *1. F. 9. n. 208. ſeq. 218. 231. ſeqq.* Matth. *2. conſil. Marp. 26. n. 133.* &c. communiter definiunt: aut ſolus *Sergi*⁹, ceu omniũ gradu proxim⁹ *Felici*; aut unà cũ eo & *cæteri* in ſchemate *nominati*, utpote omnes à *Felice* proſati & quoad ipsũ in *linea recta deſcend.* poſiti, admittendi forent. Quod ſi verò textum in *11. F. 50. junct. 11.* ibi: *ſi ſint illius* &c. penitius nulliſque præjudiciis occupatâ mente intuemur, ex eo reſpondendum eſt, poſtquam *Chriſtiani* frater *Nero* (alioquin tanquam communis patris *Erneſti* filius adeòque in *proxima* linea *proximus* reliquis præferendus) non amplius in vivis ac proinde *Erneſtina* hæc linea tota defecit, cæteris lineis ſuperſtitibus, nulla in iis exiſtente perſona excluſâ, tanquam *Felicis deſcendentibus* ſ. liberis, non *Chriſtiani* agnatis *collateralibus*, ſucceſſionem in *ſtirpes* ſeu pro numero non *capitum* ſed *linearum*, prout in recta *deſcend. linea* juris eſt, delatam intelligi. Duo igitur *aſſes* faciendi, quorum linea *Sergia* unum integrum, *Stephania* alterum accipiat; hunc pro numero ex ea ſubpullulantium linearum in duos *ſemiſſes* ſubdividendum; ex quib⁹ lineæ Matthæi unus detur, alter lineæ *VVerneri*, inter hujus *quatuor* liberos ſuperſtites, pronepotem *Adolſum*, filios *Huldricum* ac *Gerbertum* & nepotem *Ferdinandum*, æqualiter diſtribuendus. Et hoc eſt, quòd in *d. II. F. 50.* dicitur, *hâc lineâ*, (Erneſtinâ) *ex qua* ultimò defunctus (Chriſtianus) *fuit, omnibus deficientibus*, ad quos alioquin *ſolos* tanquã *reſpectu cæterarum linearum proximiores* feudum *pertinuiſſet, omnes alias lineas æqualiter*, h. e. non attenta aliqua

inæqua-

inæqualis conjunctionis vel ſecum invicem vel cum *Chriſtiano* intercedentis prærogativâ, *vocari*. adhib. & inſpic. quoque Bald. *3.conſil.158.* Alb.Brun.*conſil.11.n.17.& conſ. 72.* Peregrin,*art.20.de fideicomm.n.8.& art.21.n.18.* Hotom.*diſp.feud.17.* Sande *d.c.2.§.6.n.6 ſeqq.* item Sonsbec. & alii à D.Struv.*c.9.aph.7.cit.*

Simile quid hodie morib.*Saxon.* receptum,quibus vaſallus ſine liberis defunctus *à latere* ſibi *agnatos*, quotquot eorum ex *ſimultaneè inveſtitis* (*hanc* enim *inveſtituram ſ.jus conjunctæ manus*,geſambte Hand/ſambt Belehnung/ *tranſverſalium* in Saxon. ſucceſſionis *unicum fundamentum* & genuinam cauſam perhibent)ſuperſtites adſunt,propiores cum remotioribus, abſq; omni non tantùm *graduum* ſed & *linearum* diſcrimine, excepto ſi quid vel *pactô* vel *conſuetudine*, etiam *familiæ*, aliter cautum, ſucceſſores heredesque feud. ſortitur.*vid.* Roſenth.*c.7. q.57.lit.d.* Vultej.*1.F.9.n.215.* D.Struv.*c.9. de Feud.aph. 15.& aph.16.n.5.ſeqq.* Jac.Alemann. *in diſc.de J.ſimult. Inveſt.p.14.& ſeqq.ferè per tot.à quib. cùm alii Dd. tùm ICtor.Lipſ.Giſſens.Marpurg.Hallenſ.Ienenſ.VVittemberg. Helmſtad.&c. Reſponſa ſub n.6.ſeqq.n.12.ſeqq.adducuntur.* Quamvis & aliis Germ. gentibus hi mores ſe inſinuaverint, ceu verè atteſtantur JC. Ingolſtad. *in vol.3.conſ. Germ.22.n.45.* Joann. Fichard. *2.conſ.23.n.2.& 12.* Ern. Cothm.*conſ.26.n.133.* Kopp.*deciſ.47.pr.* Vult.*d.l.* nec obſcurè probat ipſa *Imp.Iud.Aul.ordinatio noviſſ.*& *per Capit. Cæſ.LEOPOLDIN.art.41.*(ubi tamen conſ. in his *Comit. An.1664.not.*)*confirmata tit.3.* ibi: In welchen Geſchlechte und in den jenigen Reichs-Kraiſſen / da die *ſimultanea inveſtitura* hergebracht und im Gebrauch / dabey ſolle ſelbige auch gehalten und derſelben nachgelebet werden ꝛc. ubi ad

verb. Geſchlechten.*not.ſpecialium* cujusvis *familiæ conſuetudinum* & ab ipſo *Invictiſſ.Imp.noſtro* rationem haberi. *add.* Alem. *d.Diſc.q.1.rat.Decid.5.ibiq. cit.c.praced.§.5. in fin.* Equidem nec juri feud. communi ignota eſt quædam inveſtitura ſimultanea, itidem jus ſuccedendi ſed aliâ viâ comparans, nec non aliis rebus, prout rectè animadvertit D. Struv. *c.9.a.14.n.1.* à Saxon. illa differens.

§. 12. De cætero uti plerique alii populi ita & in Germani noſtri à diſpoſitione *d.II.F.50.* aut potius, uti volunt, à tali ejus interpretatione jampridem receſſerunt, *antiquiſſimô*, quod fuiſſe putat Vult. *1.F.9.n.218.* jure feud. inſtaurato & ſucceſſione in *feudis* ad ſimilitudinem ſucceſſionis in *allodiis* hact. revocatâ, ut *collaterales* ſolâ *graduum*, quibus ab *ult.poſſeſſore* propiùs vel remotiùs diſtant, nullâ *linearũ* ſ. ſtirpiũ contemplatione ac prærogativâ, ad ſucceſſionem veniant. *vid.ſup.* §. *alleg.* Roſenth. *c.7.q.57.n.10.* Bocer. *c.5.q.10.* & *ipſe* Sande *d.tr.1. tit.3.c.2.§.7.n.3.c.1.§.6.n.5.* Ex quo eos, non minùs ac *filios*, ultimo defuncto immediatè & *jure ſanguinis*, h.e. *hereditariè* in feudis quoq; *non-hereditariis* ſuccedere porrò coarguit Freder. à Sande *d.§.7.n.4.add.ſup.§.8.* Interim verò hoc jure utimur, ut *tranſverſales*, verba ſunt D. Cancell. Stuckii *p.1.conſ.26.n.303.*, præterquā titulo *purè particulari* non ſuccedant, & conſequenter, hereditate omiſsâ, ſola feuda retinere poſſint atque ita prædeceſſoris ſui ære alieno, niſi illud *feudale* ſit *add.ſup.§.8.* & *9.* Stuck. *1.conſ.26.n.160.ſeqq.* nō obligari; ſecus ac de filiis *II.F.45.* & Vult. *1.F.9.n.114.* Gail. *2.obſ.154.* Mynſ. *3.obſ.67.* Bocer. *c.ult.de ſucceſ.feud.q.1.* & *2.* D. Ludvv. *eod.tr.c.1.reg.3.* Schoner. *p.1. D.7.n.129.ſeqq.* Roſenth. *c.7.q.20.n.23.ſeq.latè* Hartm. Piſtor.

Digitized by Google

Piſtor.*2.q.2.*Carpz.*1,P.F.S.p.2.c.47.def.3.& ſeqq.& de oner,vaſall.D.1.poſ.1.ſeqq.* D.Stuck.*1.conſ.26.n.89.ſeqq.n.153.ſeqq n.264.ſeq.n.303.ſeqq. ubi præjud. & ll.provinc. alleg.* à quibus etiam *limitationes* afferuntur nonnullæ & *declarationes*; quas inter, ſi *proba*, obſervatu digniſſima eſt,quod filius æs alienum à patre conflatum, *non ex ipſo feudo , ſed quatenus vires bonorum allodialium & fructus feudi patiuntur*,exſolvere cogatur.Ita D, Ludvv.*d.l.p.569.* ſed in *textibus* & *Dd.*ab ipſo *alleg.*nihil tale reperies. nam Schraderus *d.p.7.c.7.n.35.ſeqq.*, conſentientes habens Goden. *1.conſ.15.n.7.ſeq.*Piſtor.*2.q.2.n 44.& 51.*, de jure Sax.*communi*(nam *Electoriô* res lõngè aliter habet, *vid.p.2.c.47.ibiq.* Carpz.*& Dec.1.poſ.4.ſeq. de oner. vaſall.*) loquitur & Mynſing. *d. obſ.67.* itidem conſuetudine multorum locorum ſimile quid receptum teſtatur , quam notandam dicit D. Stuck.*d.c..26.n.313.& ſeqq.* addens, in Marchia Brandenburg,Ducat. Mecklenburg. Pomeran. & Holſat. contrà obtinere, ut ipſa bona feudalia,in ſubſidium, executioni æris alieni & diſtractioni, utcunq; agnati ſucceſſerint, ſint ſubjecti: de quo conf.*conſ.14.n.5.ſeq.n.28.&* D.Struv. *c.14.aph.29.n.4.* Admodum tamen æqua & benigna eſt D.Ludvvelli opinio; cuique in forenſi tritura vim atque auctoritatem *beneficiô* ſaltem *competentiæ*, trans vet. fines haud mediocriter hodie exporrectô,conciliare poſſe videmur. Sed & ſuſtinet illam *candidiſſ. Germ.noſtræ ICtûs* Hulderic.Zaſius,filium in feuda ſuccedentem ab ære alieno patris, *quando in hujus hereditate nihil bonorum reperitur*, liberum pronuncians, *p.8. de feud.n.11.* ante quem idem docuere Belvis.Afflict.*& alii cit.* à Schrad.*p.8.c.8.n.14.* & Roſenth. *c.7.q.20.n.29.*

ſeq.

ſeq.q.21.n.19. qui & ipſi ſequutur. Utut hæc doctrina diſpliceat H. Piſtor. *d.q.2.n.42.* quem probat Carpzov. *d. Dec. 1. poſ. 6.n.3.* pluribusque tuetur Berlich, *2. concl. pr. 56.n.24. v.34. ſeq. ubi & alii cit.* Cogitare tamen debebant, annon æquè, ſi non magis, ſit favendū filio qui factó patris eóque ſæpe illicito, puta quod patrimonium ſuum dilapidavit ac proinde nihil in bonis reliquit, ac ei qui voluntate patris filium exheredantis, prætereuntis, in legitima aut re quadam certâ inſtituentis &c. ita gravatur, ut nullum vel exigum ex paterna hereditate emolumentum habeat: nam filios exheredatos, præteritos, &c. ad feuda *ſine onere* ipſi utique admittunt Piſtor. Berlich. Carpzov. *dd. ll.* Sic in actione ex Ed. *quod cum eo &c.* ad paria judicantur qui *exheredati* & qui alias *minimam* vel *modicam* hereditatis partem conſecuti ſunt. *l. 2. l. 4. pr. l. 7. ff. quòd cum eo, qui in al. poteſt* &c. Quid quod ejuſmodi exheredationes & inſtitutiones fraudis conſiliô fieri poſſent, adeòq; inventa foret via, quâ in necem creditorum lex feud. in *d. II. F. 45.* circumveniretur? unde admodum placet D. Struve, à Carpzov. *d. poſ. 6, n. 21. ſeq.* nec ob talem patris fraudem quicquam hîc mutandum cenſentis, bonis argumentis diſcedens in *d. c. 14. a. 30. n. 8.*

§. 13. In eo autem ſucceſſionis *collateralium allod.* & *feudalis* diſcrimē ſuperat nobile, quod illa ad quoſlibet collaterales tranſeat, hæc non niſi ad primi vaſalli f. acquirentis poſteros ac deſcendentes, ejusdem fratrib⁹ cæterisq; tranſverſalib⁹ inde ſummotis. quā juris feudal. regulā indubitatam atque innumeris Camer. Imper. præjudiciis confirmatam eſſe ait Roſenthal. *c. 7. de feud. quæſt. 58. n. 1. ſeq.* ubi plures. D. Struv. *c. 9. a. 2. & 4.* D. Feltm.

c. 15.

Digitized by Google

c.15.d.t.rer.n.41.ſeq. Et hactenus veriſſimum eſt, quod Dd. noſtri perpetuò in ore habent, ſup. aliquoties adductum: *collaterales in feudis ſuccedere non quà tales ſed quà deſcendentes à primo vaſallo.* Inſimul autem hinc pateſcit, minùs accuratè habere, quam vulgò hîc afferunt *diſtinctionem* inter *nova* & *antiqua* feuda, quaſi in *his* ſuccedant *collaterales*, non etiam in illis. nam *collaterales* primi acquirentis, de quibus hîc quæſtio, æquè in *antiquis*, ac in *novis* feudis à ſucceſſione repelluntur. vaſalli autem *ultimò defuncti* collaterales in *novis* feudis non ſuccedunt, ex eadem ratione, ob quam in feudis *antiquis* collaterales *primi acquirentis*, hic enim in feudis *novis* eſt ipſe ultimò defunctus, à ſucceſſione arceantur. idem ergò hactenus in utroque feudo obtinet ſuccedendi modus, nimirum ut non niſi à primo acquirente deſcendentes admittantur. non tamen nullis caſibus in feudis etiam *novis* alios quàm primi acquirentis, ejusque ſimul ultimò defuncti, poſteros ſuccedere, ſup. jam diximus. *conjung.* Roſenthal. *c.6.q.73.ſeqq.c.7.q.58.& ſeqq.ibiq. alleg.* Deque cætero conſtat, multis in locis & Curiis (quarum mores in hoc valent. Roſenth. *c.7.q.59.n.10.*) *collaterales* quoque *primi acquirentis* ſuccedere: prout de feudis Sicil. Holland Brabant. Mechlin. Falckenburg. Flandric. Geldric. Montfort. Zutphan. Traject. Tranſiſul. Kuick. teſtantur Iſern. & Afflict. *in II. F. 55.* C. Neoſtad. *de feud. Holl. c.5.& ſeq.* Fred. à Sande *d.tr.1.tit.3.c.1.§.9.ſeqq.c.2.§.7.n.1.ſeqq.* Imò generali *Germaniæ* conſuetudine idem receptum eſſe, apud Thummerm. *ſup. laud. tr. fund. 2. Archiep. in ſummar. 73. & in indic. verb. Collaterales &c.* legitur. aſt in ipſo *textu d.n.73.* id non extat, ſed contrarium potiùs in Sonſ-

bec. Duar. *& reliquis alleg. Dd.* reperiri benè animadvertitur; D. Vultej. exceptô, qui regulæ de *infinita collateralium ſucceſſione* Germ. morib. approbatæ hanc *ampliationē: etiamſi à primo acquirente nō deſcendiſſent*; expreſsè addit *lib. 1. Feud. c. 9. n. 105. ver. atq; hoc ita &c. edit. tert.* & rectè. *vid.* Zaſ. *d. p. 8. n. 34.* Roſenth. *d. c. 7. q. 59. n. 15. ſeq.* quamvis *ampliationi* iſti poſtmodum *limitatio* hæc: *modò ipſis* (collateralibus à primo acquirente non deſcendentibus) *ipſorumvé anteceſſoribus à primo acquirente, ex pacto ſ. conventione, de ſucceſſione eſſet proſpectum*; ſubjecta ſit *in edit. ult. d. c. 9. n. 217. fin.* quam tamen *limit.* ampliari & ad *omnes caſus ſucceſſionis collateralium extraneorum* porrigi convenit. Sed eâ quidem ratione & in feuda *nova* ſuccedendi jus *primi vaſalli collateralibus* non minùs rectè adſcribi quis non videt? unà vero collabaſcere illa erroriſq; manifeſta reddi de *generali German. conſuetudine* teſtimonia; *add.* Sande *d. §. 7. n. 3. ubi feuda Imperii deducto à primo beneficiario ſanguini affixa ſcribit. jung. d. c. 1. §. 6. n. 2. & 4.* Gail. *2. obſ. 49. n. 10. ubi tradit, & ejuſmodi conſuetudinibus, quòd agnati ejuſdem nominis ac gentis non tenantur probare primum acquirentem, in Cam. Imp. allegatis, earum probationem allegantibus injunctam fuiſſe. de quo vid. etiam* Roſenth. *c. 2. concl. 28. n. 2.* quæ cæteroquin grata vaſallis gratioſaq;, tempore vires ſumptura & tandē certum jus, admodum grave feudi dominis & periculoſum, concinnatura videbatur. accedente præſertim inveteratâ illâ & (quot vero & quanta juris hodie uſitati, maximè etiam Canonici, capita *Interpretum & Gloſſatorum erroribus* ignobilem debent originem? interim non minùs religiosè coli cuſtodiríque, ac quæ inculpatis ſunt natalibus,

deſi-

Digitized by Google

deſiderantia) ambitioſum jus parturienti *errori* obſtetricari aptâ *præſumptione*; quâ collaterales, modò *nomine* & *inſignibus* primi vaſalli utentes, ab eo deſcendere, uſquedum aliud à domino oſtenſum, creduntur judicanturq́; ſi tamẽ de ſucceſſione feudi *antiqui* quæſtio, nec *dominus in poſſeſſione* ſit. Roſenth. *c.2.concl.26.n.5.7.ſeqq.conc.27. n.5.& 8.concl. 28.n.7.* ubi tamen præſumptionem iſtam, quando *agnatio incidenter probanda*, utcunque agnatus non poſſideat, ſufficere concludit & ubivis ad *obſervantiam Cam.Imp.provocat.* D. Sixtin *2.conſil. Marp. 11. n.* Argentor. *3.conſil.24. add.* Theod. Heping. *de jure inſign. & c.c.21.n.228.ſeq.n.231.241. & c.13.n.37.ſeq.* (ubi inter al. refert, Albinum, Lindeberg. & Elverv. ex *communione inſignium* colligere, quod *generoſ. Ranzovii* eandem cum *Comitibus Liſnicentibus*, (Burckgraffen zu Leiſnick/) habeant originem; quod ulterius comprobat CL. Meibom. *in Geneal. Ranzov. append. ad Abb. Stad.* deducens hos à Comitibus Groicenſ. Burckgraffen von Groitz in der Laußnitz: quorum etiam mentionem in *Codicillis Imper. Comitivæ Ranzov.* extare ipſemet vidi) *n.52.ſeq.* In hoc igitur differentiam ſupereſſe patet inter feuda *antiqua* & *nova*, atque *collaterales* in *illis* ſucceſſuros prærogativâ quâdam gaudere, cujus in adipiſcenda poſſeſſione, de quo in *II.F.26.* Roſenth. *d.c.2.concl.29.* effectus inſignis conſpicitur. In *novis* tamen feudis jure *antiqui* conceſſis idem obtinere volunt Gail. *2.obſ.50.n. 13. & obſ. 149.n.11.* Roſenth. *d.c.2.q.13.n.4.*

§. 14. Notandum denique, quod *ſup. §.11. & 12.* admonere omiſimus, ſi ex pluribus lineis ſucceſſuri ſeu ad ſuccedendum concurrentes non habent unum,

ſed diverſos ſtipites ſ. auctores, eosdemque primos acquirentes, hodieque nunc pro linearum, non pro perſonarum & graduum numero & ratione, adeòque in ſtirpes ſuccedi, nullâ lineâ, quamvis in ea poſitus agnat⁹ cæteris longè ſit remotior, excluſâ *II.F.18. vid.*D. Struv. *c. 9. n.8. ibiq. alleg. Dd. ac Reſp. Dn. ICt. Ienenſ.*Ludvv. *p.348.*

Prout etiam, quod in *d. §.12.* collateralem defuncto *propiorem*, cæteris reſpectibus ſepoſitis, de moribus Germ. hodiernis ſolum admitti retulimus, alii non concedunt, niſi de *propiore*, qui eâdem cum *defuncto* ex linea vel *ſpeciali*; fac. *Conſtit. Caſ. Spir. de Anno 1529.* quemadmodum *eam* ad hoc inducunt & expendunt H. Piſtor. *3. q.23. n.28.* Bocer. *c.5. de ſucceſſ. feud. quaſt. 16. & 117.* vel ex *communi* quidẽ, ſed ubi ex *ſpeciali* nemo ſuperat, (ad quẽ quoq; caſum *ſup. in* §. *11.* tradita potiſſimùm ſpectant) oriundus ſit. Eòque referunt text. in *II.F.37.* alioſque *propiori* agnato ſuccedendi jus *ſimpliciter* tribuentes: *æquali vocatione*, cujus meminit *II. F. 50.*, ad *lineas* reſtrictâ. Nam ſi in *ſpeciali* linea adſit gradu *remotior*, in *communi* verò, qui gradu *propior, illum iſti* præferendum adeòque in tali ſpecie minorem *gradus* quàm *lineæ* ducendam eſſe rationem volunt: & huc demum pertinere *d. II. F. 50. verb. omnibus hâc lineâ &c.* ita ferè Iſern. Laud. Belvis. Præpoſ. Afflict. ad d. text. Alvarott. *in 1. F. 8.* Bocer. *d. c. 5. q. 16. p. 432.* Piſtor. *d. q. 23. n. 27. ſeqq.* Vult. *1. F. 9. n. 229. in fin. & n. 234. ſeq.* D. Struv. *c. 9. a. 7. n. 3. ſeqq.* Ludvv. *c. 4. de ſucceſſ. reg. 3. p. 270.* ubi Jan. ab Arcedura *c. 4. concl. 2. n. 5. ſeqq.* imprimis laudat. Adeò ut dubitatum ſit, annon vel *fœmina* in linea *ſpeciali* exiſtens, *maſculo* lineæ *remotioris* agnato, ob lineæ illam prærogativam, debeat præferri? quamvis negandum id videatur per *II. F. 17. & 51.* Ludvv. *c. 6. p. 345. ſeqq.* Struv. *c. 9. a. 8. n. 9. ſeq.*

Quô

Quô quidem modô, tàm in utroque *priori* quàm in *poſteriori* caſu, & *primi* vaſalli, velut *autoris beneficii*, & ſequentium ſ. *intermediorum*, velut *conſervantium*, & *noviſſimi* deceſſoris, velut manu illud *tradentis*, omniumque ac ſingulorum caritatis meritique ex æquo rationem haberi; confer. Ariſtot. *8. Eth. 12.* H. Grot. *lib. 2. de I.* Bell. & Pac. *c. 7. §. 9. & ſeq.* ibique Cl. Böcler. atque adeo hanc doctrinam nihil novi indignivé Juris fovere apparet.

§. 14. *Plenè univerſalis* ſucceſſio & in *novis* feudis quibuſcunque, etiamſi ex *pacto & providentia* ſint, obtinebit utique, ſi verum ab hereditariis *illa* non differre: prout non differre cum Th. Marin. Burſ. *3. conſ. 19. n. 70.* ſtatuit & ſubtiliter demonſtrat Freder. à Sande *d. c. 2. §. 3. n. 1. & §. 5. n. 1.* Unde plerique Dd. nec *teſtamenti factionem* in his feudis interdictam volunt. *vid.* Schrader. *§. 7. c. 2. n. 19. ſeqq.* Roſenthal. *c. 7. q. 7.* D. Richter. *deciſ. 25. n. 13. ſeq.* Diſſ. Vultej. *1. F. 9. n. 163.* Bocer. *c. 1. de ſucceſſ. feud. q. 1.* Ludvv. *eod. tr. c. 5. p. 307. ſeq.* itemque, ſuccedentes in iis tàm *collaterales* quam *filios* ad ſolvenda debita anteceſſoris etiam non-feudalia obligari. *arg. II. F. 45.* vid. D. Struv. *d. tr. c. 14. aph. 28.* Zoëſ. *c. 10. n. 51.* Equidem Schraderus *p. 7. c. 7. n. 38. ſeqq.* aliique contradicunt, excipientes & hic eſſe *ſucceſſores ſingulares*, qui ad æris alieni ſolutionem non obligentur. Verùm quam imbecillis ſit talis illatio, jam *ſup. §. 2.* patuit: ubi dicta poſtulant ferè, ut dari genus aliquod *ſucceſſorum ſingularium* concedamus, qui ſi non *mixtæ* naturæ, *effectu* tamen, ſaltem ex parte, *univerſalibus* ſimiles evaſerint.

Quantum autem ad *ſubjectum* ſucceſſionis in feudis *novis*, ſanè convenire ea cum *antiquis* fatendum eſt.

Digitized by Google

regulariter enim nec in novis niſi *à primo acquirente* progeniti ſuccedunt, *add. ſuprà p. 137.* & quidem qua *tales* aut quatenus inveſtiturâ vocati ſunt; non quà *heredes*, niſi feudum forte ſit hereditarium. ſiquidem iſta diſtinctio, nempe in hereditariũ & ex pacto, ad nova quoque feuda pertinet. Ex his ergo *ſuprà* allata *doctrina*, feudorum *novorum* & *hered.* naturam exæquans, aliquod temperamentum accipit; adeòque patet, ſucceſſionem in feudis *novis* non uſque eò, ac in *hereditariis*, ad *plenè univerſalem* ſuccedendi modum pertingere.

§. 15. Ulteriusquoque à *plenè univerſali* ſucceſſione abit ſucceſſio 1. in feudis *mixtè hereditariis*; hôc tantùm cum illa conveniens, quod ſucceſſor defuncti heres ſit & æs ejus alienum ſolvere teneatur. *vid.* Roſenth. *c. 2. conſt. 23.* Carpzov. *l. P. F. S. p 2. c. 47. def. 1.* Wurmſ. *cl. 3. de feud. impropr. ſect. 5 n. 77. 78. 98.* D. Struv. *c. 4. a. 13. n. 3. ſeq.* 2. filiorum in quibusvis, etiam *non hereditariis*. *ſup. §. 12.* 3. in feudis *regalibus*, in quib. ſuccedentes, utcunque *heredes* non ſint, ære defuncti alienô obligari, poſt alios à ſe cit. reſpondet D. Franzk. *in conſil. m. ap.* D. Struv. *c. 14. de F. a. 29. n. 5.* ſed jung. D. Stuck. *d. conſ. 26. n. 2. ſeq. n. 34. ſeqq. n. 40. ſeqq. n. 78. ſeqq. n. 94. ſeqq.* ubi & filiũ in Principatu, non quà *heredem*, ſed quà *filium* vel *primogenitum* ſuccedentem, *ad æs alienum non teneri* contendit. *n. 129. ſeqq.* ubi diſting. *n. 399. ſeqq.* D. Myler *in Nomolog. c. 10. 12. 14. & 16. add. & ſup. §. 4. p. 119.* 4. *Teſtamentaria*, cui nõ tantùm in feudis *merè hereditariis*, de quo *ſup. §. 5.* ſed in alio quoq; locus eſt. *vid. §. ſeq. 16.* Omnino a. diſtinguendum, an vaſallus teſtator *ei*, cui *legitimæ ſucceſſionis* ritu & ordine debetur, an *alii* feudum teſtamento relinquat?

Priori

Priori caſu ſucceſſio non magis *univerſalis* eſt quàm ſi *ſolâ lege*, abſque teſtamentô, delata fuiſſet: nec magis hic *heres in feudo inſtitutus* teſtatoris ære alienô obſtringitur, quàm *patronus* liberti, à quo itidem in *debita* ſibi *portione* heres ſcriptus eſt. *ſup. §. 3. n. 5. in fin.* Hinc ejuſmodi *teſtamentum* non modò *quibuslibet* in *feudis* valere, ſed & ex eo, *ſubeſſe bona feudalia hereditaria* executioni æris alieni obnoxia, perperam colligi, rectè infert D. Stuck. *1. conſil. 26. n. 363.* add. *VVeſenb. c. 11. n. 6.* Roſenth. *c. 7. q. 8. n. 2.* Klock. *vol. 3. conſ. 150. n. 34.* Imò ad ſolam inteſtati cauſam pertinere res videtur, teſtamentô velut ſequeſtratô ſ. diſſimulato; utpote cùm, eô quod dari vult ſucceſſori, is aliunde quæſitum opt. maximô jure jam habeat. Parum igitur abeſt, quin *teſtamentô* fruſtra ſeu nullô *hujus* peculiari *effectu* offerri dicamus ſucceſſionem, alioquin jure publicô competentem. *arg. l. un. C. de Theſ. §. 10. 1. d. legat.* Vult. *1. F. 9. n. 167. in fin.* non ſecus ac *deſignationem* potiùs quàm veram *tutoris dationem* eſſe ait Bachovius *vol. 2. ad Tr. D. 8. th. 3. lit. E.* quando maritus communium liberorum tutelam, hodie ipsô jure competentem, uxori teſtamentô mandat. confer. tamen quantum ad hanc tutelam *Comm. in auth. matri & aviæ cum ſeqq. C. quando mul. tut. p. 2. memb. 5. n. 4.* & de talis teſtamenti nonnullis effectibus Schrader. *c. 2. n. 18. & 40.* Roſenth. *d. q. 8. n. 7.* ſed quos alii feliciùs repudiarunt. Bocer. *c. 1. de ſucceſſ. F. q. 9.* Ludvv. *eôd. tr. c. 5. fin. arg. l. 5. C. de legib.* cui addimus *l. 26. ff. de teſt. tut. &c.*

Poſteriore caſu cùm teſtamentum *regulariter* non valeat; ceu in ſuperioribus aliquoties dictum, per *1. F. 8. II. F. 9. §. donare.* & *utrobique Dd.* omnis etiam de *hereditate* ſ. univerſali ſucceſſione eô delata ceſſat quæſtio.

§. 16.

Digitized by Google

§. 16. Equidem multis caſibus de feudis quoque *non hereditariis* & *antiquis* teſtamentô diſponere licet; de quibus *Conſul.* Roſenth. *c. 7. concl. 2. & ſeqq.* Richter. *1. deciſ. 25.* Vult. *1. F. 9. n. 158.* Bocer. *d. tr. c. 1.* Ludvv. *d. c. 5. per tot.* D. Stuck. *d. conſ. 26. n. 359. & ſeq.* Diſſert. de Teſtam. Princ. vel Com. Imp. *ſup. alleg.* § *15. n. 6. fin.* D. Schultz. *de I. primogen. n. 29. & ſeq.* quas inter *exceptiones* non ignobilis eſt, ſi conſuetudine f. ſtatutô, ſive cum ſive abſq; conſenſu domini, ſive intotum ſive ex parte, de feudis teſtari permiſſũ. cujuſmodi mores legesvé extare feruntur in provinciis & Curiis nonnullis Gall. Angl. Brandenburg. Saxon. Colon. Holland. Flandr. Brabant. Luſat. ſuper. Bamberg. VVürtzburg. &c. V. Andr. Knichen. *t. 2. de veſt. pact. n. 166.* Vultej. *4. conſil. 14. pr.* Thom. Crag. *1. F. 13.* Fred. à Sande *d. tr. 1. tit. 2. c. 2.* Gudelin. *p. 4. c. 2. n. 18.* Thummerm. *cit. tr. fund. Arch. 1. n. 90. ſeq. & fund. par. 4. n. 38.* Cont. *c. 7. meth. F.* Richter. *deciſ. 25. n. 10.* Finckelth. *D. 6. c. 6.* In cæteris tamen priſtinam ſuam indolem feuda hæc omnino retinent. *arg. II. F. 48.* D. Ludvv. *d. c. 5. p. 295. ſeq. p. 301. ſeq.*

§. 17. Cùm ergo omnia illa ſic habeant, undiquaque nunc prolucescit; 1. Succeſſionem feud. *regulariter* non *univerſalem* ſeu verè hereditariam, ſed ſingularem vel *particularem* eſſe; *quæ* tamen ſi non *formâ* ſaltē *effectu* cum *illa* convenire & hact. ex utroque genere *mixta* videatur. *conf. ſup.* §. *14.* Nec 2. *teſtamentariã*; ſed regulariter ab *inteſtato* ſeu *legitimam*; quantum ſc. ad *ultimò defunctum* attinet. nam ſi *primum acquirentem* ſpectem' quatenusque ex *prima inveſtitura* & proviſione *hominis* potiùs quam *legis* jus ſucceſſionis reperitur, parum abeſt

quin

quin ea *regulariter teſtamentaria* potiùs quàm *legitima* dicenda ſit, quippe quòd, exemplô ſucceſſionis *teſtamentariæ* in *allodiis*, pro *cauſa propiori hominis*, pro *remotiori legis* habeat proviſionem. unde etiam comparatio cum *fideicommiſſis*, quæ itidem non ex *legis* ſed ex *hominis* voluntate proximè veniunt, *ſup.* §.2.*§.3. & 9.* inſtituta. 3. *Inteſtatum* autem deceſſiſſe vaſallum *impropriè* atque ita intelligi, uti qui teſtamentum facere non potuit, *inteſtatus* tamen dicitur in *l. 1.ff. de ſuis & legit. l 3. §. 6.ff q. pet. tut. &c.* Sic & 4. *Legitimam* appellari non quô ſenſu *hereditas legitima* in jure allod. dicitur, quæ *lege ſolâ immediatè*, obvenit; nec quô *tutores legitimi*, qui itidem *ipsô jure* prætereaque *inviti* fiunt, ut tamen *teſtamentô* â tutela præcludi poſſint: ſed eo ferè ſenſu modoque quo *tutelam* quandam, *matris* l. *aviæ* puta, *legitimam* vocant. quæ *lege* quidē defertur, ſed *volentib⁹* & ita ut teſtamentô ſimpliciter *prohiberi nequeat*; ad hæc non eô pactô, ut tutrix *ſimul heres* ſit, nec ſemper ſecundùm *hereditatis* ordinē. *Vid. ſup. alleg. Comm. de tut. matr. p. 2. M. 5. §. 7. & ad inſt. p. 1. diſſ. 4. obſ. 11.* Sic enim & ſucceſio feud. nec *teſtamentô* adimi, nec *invitis* obtrudi (regular. ſcilicet, *vid.* Zaſ. *p. 8. de feud. n. 6.* Berlich. *2. concl. pr. 56. n. 45.* nam ſi feudum vera hereditatis pars eſt, aliud dicendum. *vid. ſup. §. 5. fin. & §. 6.*) poteſt; nec ſemper *heredi* aut *ſecundùm hereditatis ordinem* defertur. Planè ut in *quarta arrogatorum* & *portione liberorum conjugumq́, legitima* ſ. *ſtatutaria* ſervari conſtat. 5. *Primi vaſalli* poſteros ſ. *deſcendentes* ſolos omneſque, modò feudi capaces, de quo *c. ſeq.* non *aſcendentes*, nec *collaterales* ſuccedere; cùm autem *iſti* quandoque *ultimi poſſeſſoris* tranſverſales ſint, inde fieri eòque pertinere, quæ in feudis *collateral.* ſucceſio dicitur. quòd verò ultimò defuncti *parentes*, utut & ipſi ex poſteris *primi acquirentis* ſint, non tamen ſuccedunt alia ratio facit.

de qua *conſul.* Bocer. *d. tr. c. 4. q. 2. ubi & in qq. praeced. ac ſeq. exponit* caſus, quibus aſcendentes quoque ſuccedunt. *add. ſup. §. 5. Ludvv. d. tr. c. ult. ax. 4.* D. Struv. *c. 9. a. 3. n. 1. ſeqq.* inter quos etiam eſt, ſi *conſuetudine* admittantur parentes; qualis recepta in feudis Zutphan., Sande *d. tr. 1. tit. 3. c. 1. §. 19. n. 19. & ſeqq.* Burgund. & Nivern. Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 3. tit. des fiefs. §. 5. n. 9.* nec non in cætera Gallia, uti ex eo, quod *feuda Gall. admodum patrimoniorum redacta* eſſe teſtetur Duarenus, conjicit D. Ludvv. *d. c. ult. p. 380.* Sed aliud docemur à Contio in *d. c. 8. ſub fin.* ſcribente, *feuda jure Francorum non magis aſcendere, quàm jure Longobardorum.* Videlicet brocardicis ejuſmodi generalioribus & præſertim *comparativis*, captioſis utplurimum & fallacibus, haud nimium tribuere, nec ſemper tutò confidere licet, ex quo maximè tranſitum ad ſpecies fecimus. Id quod de ſimili illo tritiſſimo: *Status Imp. tantum poſſe in ſuis territoriis, quantum Imperator in Imperio.* nonnulli jur. pub. Conſulti rectè admonent. 6. Deficientibus ſanguine junctis *conjuges* ſuccedere & uti in *allodiis* fiſcũ, *l. un. C. unde vir & ux.* ita in *feudis dominum* excludere jure noſtrô non poſſe, *1. F. 15. & 11. F. 13.* Ludvv. *d. c. ult. in fin.* Gudelin. *p. 3. c. 5. n. 11.* niſi vel *conſuetudine*, cujus exempla ap. Gudelin. *d. c. 5. n. 12.* Gronvveg. *ad 1. F. 15.* vel *pactô* inveſtituræ ſpeciali, *d. 1. F. 15. & 11. F. 85.* cujus exemplum illuſtre ſeculô 15. in D. *Henrico, Haſſ. LandGr.* qui ductâ *Anna Philippi Comit. Cattimel.* filiâ, eô vivô de *Comitatu Cattimel.* inveſtitus fuit ipſumque, ita acquiſivit. *add.* Duaren. *c. 11. d. F. n. 16.* aliud inductum, aut feudum fuerit merè *hæreditarium.* Roſenthal. *c. 7. q. 60. n. 10.* Ludvv. *d. l.* Zoëſ. *d. c. 10. n. 53.* 7. Succeſſionis feud. jus ſivè *tacitè*, puta non agnoſcendo, ſive *expreſſè* repudiatum, tranſire ad proximos repudiantis agnatos, feudi ſcilic. ſeu inveſtituræ lege

admiſſos. *Illic* quidem, uti volunt, *ſucceſſorii* quaſi edicti, *vid.* Roſenthal. *c.6.q.7.lit.b.* Schrader. *p.7.c.7.n.27.ſeq.* Vultej. *1.F.9.n.244.p.446.c.11.n.181.* edit. *noviſſ.* Ant. Cont. *c.3.meth.feud.p.149.& ab his alleg.* at *iſthic tranſmiſſionis* cujusdam beneficiô, quæ in ejuſmodi rebus, aliô quàm hereditariô jure delatis, etiamſi *non* agnitis, locum habeat. *arg.l.22.ff.de adopt.l.10.C.ad L.Falcid.* Gail. *2.obſ. 131.n.13.* Schult. *ad* Mod. Piſt. *p.4.q.131.n.208.* Carpz. *I.P. F.S.p.3.C.14.def.25.ſeqq.* jung. Schrader. *p.7.c.5.n.55.ſeq.* Quamvis propriè agendo *tranſmiſſio* & *ſucceſſorium* edictum, quæ *juris* nomina ſunt, nullum hîc locum inveniant, niſi quatenus aptantur ad primi acquirentis *factum* & *pactum*, quô nempe, vocatorum unô remotô alter, non alia causâ quàm quia ſub-proximè vocatus, locum ſubit: non ſecus ac in *fideicommiſſis* & maximè *famil.* obtinet. unde iterum conſpicimus, ad eum modum, qui ex *ultima voluntate*, quàm qui *ab inteſtato* eſt, magis ſuccedi in feudis. Et quid, quòd *feud.ſucceſſione* non omiſsâ aut repudiatâ, ſed imò *agnitâ* etiam *acceptâq;*, ſi feudum ita acquiſitum deinceps *per refutationem* (quæ feudi jam *quaſiti* eſt, uti *repudiatio* ſ. renunciatio *quærendi.confer.* Bocer. *tr. 5.de amiſſ.feud.c.2.n.99.*) inter vivos licitè alienatum fuerit, *refutante* mortuô, ipſi *filii* ejus ſuccedant. de quo in §. 1. 1. *F.* 8. §. 5. *& ult.* 11. *F.* 9. 14. 26. 39. *&* 49. Schrader. *p.2.c.3.n.59.* Roſenth. *c.2.conſt.*20. Schoner. *1.D.6.n.78.* Vultej. 1. *F.* 10. *n.* 131. *&* 135. Bocer. *d.tr.3.c.2.n.*108.*n.*129.*ſeqq.n.*168.*ſeqq.* Neque id ſolum, ſed & *pater*, poſt quam *filiis*, vel domino in gratiam filiorum de feudo confeſtim inveſtiendorum, feudum *refutavit*, ſupervivens iis ſine prole fortè maſcula præmortuis ſuccedit; contra regulam, aſcendentes ſuccesſione feud. arcentem. *arg. II. F.* 14. *&* 49. Mynſ. 3. *obſ.* 93. Bocer. *c.4.de ſucceſſ.quæſt.* 2. D. Ludvv. *eod.tr.c.ult. p.*376. Roſenth. *c.7.q.*14. *n.*8. *ubi præjud. Cam. Diſſ.* Cont. *d.c.*8. nullâ ratione id à quibusdam interpretibus probari ſcribens. At nobis, præter alias rationes, quas *laud.Dd.* enucleârunt, ſimilis

 quoque

quòque ſubeſſe videtur ei, quæ ob mort. cauſ. donata, præmortuô donatariô, ad donatorem reverti facit ſuperſtitem.

§. 18. Obſervandum denique, cum ſucceſsio ſive univerſ. ſive part. *juri allod.* debeatur adeoque communis ſit acquirendi dominii modus; ut & ea *proprius* fiat adq; feudum *quà tale* acquirendum ſufficiat, *inveſtituram* requiri; quam tamen à *prima* ſ. *nova* diſtinguunt, & *veterem* (*repetitam* ſ. *inſtauratam* mallem) vocant, potiusq; *renovationem* quandam ac *confirmationem* inveſtituræ primæ eſſe volunt. Utcunque olim & ipſa, vera feudumque *dans*, non datum *confirmans*, inveſtitura fuiſſe videatur, perq; diu in *feudis regalibus* durâſſe. in *hæc* enim *heres nullô modô ſuccedere* dicitur in II. F. 14. niſi *per inveſtituram ab Imp. acquiſierit*. Id quod in *Danis* fortaſsis nec dum juras eſſe deſiit, ſi fides *Ordinum Sialand. & Iutenſ.* teſtimoniis in lite ſuper *Ducatu Sleſvic.* productis, ap. Joh. Iſac. Pontan. *lib. 9. Hiſtor. Dan.* in quibus ſequentia leguntur: *nec locum hic habere jus aut conſuetudinem Imperii ac Saxonum, qui feuda hereditaria largiuntur, Daniæ feuda ad vitam modo & gratiam concedi, ita ut rege, qui feudum indulſit, defuncto, quisq; id ipſum de novo à rege proximo, facta obſequii ac clientelæ fide, repetere teneatur.* confer. *ejusd. hiſtor. lib. 7.* ubi Chriſtophorus Rex Daniæ, de eodem Sleſvicenſi Ducatu loquens, Holſatiæ Comitibus Gerhardo & Johanni ita reſpondet: *ſecuros eos eſſe debere quod ad eam præfecturam, utpote, quæ non ab ipſis, ſed à rege ac regno liberis regiis ſive ad vitam, ſive ad gratiam, ut loquuntur, concedi ſoleat: ac ideò alius omninò eſſe naturæ ac conditionis, quàm ſunt Imperii vel præfecturæ vel feuda.*

Hodie autem quoad hoc ab aliis feudis *regalia* nihil diſtant. Sed &, ſecundùm prænotata, dici poſſet, *inveſtituram* in *d. II. F. 14.* non *novam*, ſed *veterem* quam vocant, intelligi; ſiquidem & ipſa ad *acquiſitionem* cujusvis feudi, *quà* talis, omnino ſpectet. prout abſq; dubio tunc verum eſt, quando per *alienationē* ejuſmodi novus ſive dominus ſive vaſallus adſciſcitur, cui feudum primâ vel inſequentibus veſtituris deſtinatum non fuerat. Conſtat enim, quoties domini vel vaſalli perſona mutat, toties inveſtituram, olim forſan ad acquirendum *neceſſariam* & de *forma interna*, nunc *ſolennitatis* exiſtentem & de *forma externa* hodieque requiri. & unà cum *ſucceſſione acquiſitionem* perficere. *II. F. 3. 24. 38. 40. &c.* *Dd. comm. vid.* D. Struv. *c. 9. aph. 1. ſeqq.*

CAP. IIX.

DE *ſucceſſione* & cæteris *cauſis effic. prop.* juris in re feudalis expoſitum pro inſtituti noſtri modulo, adlibatæ etiam ſunt, infrà c. II. ulterius forsā deducēdæ, cauſæ *juris ad rem*, quod iſti *in re juri* unitum unà *feudum* noſtrū procreat. Priuſquam nunc ad doctrinam de *perſona* cùm *domini* tùm *vaſalli* tranſeamus, age contemplemur quoque, *dominô* v. g. *defunctô*, in ejus *jura*, & ipſa ſiquidē *feudi* nomine *ſup. c. 2. §. 2. & 3. c. 3. §. 3.* comprehenſa, *lege* vel *teſtamentô* quinā ſuccedant? Pauci, è recentioribus hunc articulum tetigerunt, præterquc *Roſenthalium* nemo, quantum memini, aliquantô pleniùs tractavit. ſcil. in more noſtris poſitum, ut de feudis commentātes ad unum vaſallum ejuſque jura reſpiciant potiſſimum; vel inſuper habitis quæ dominum attinent vel ſepoſitis &, quaſi *allodialis* non *feudalis juris* eſſent, ad illud remiſſis. Et nos neſcio quî factum ſit, ut ejus moris velut abrepti tyrannide non aliter ſcribendo verſati ſimus eod. in articulo, quàm legendo aſſueveramus, adeòque de domini juribus parciſſimè adhuc egerimus.

Quicquid ſit, in propoſito referre nobis videtur, an jus *domini* ſeu *directum*, quod vocant, *dominiū* ab alio *ipſe* in feudum, *ſtrictiùs* ſc. & pro *vaſallagio* ſ. vaſalli ſolius jure ſic

Y dictum,

Digitized by Google

dictum, tanquam vaſallus teneat; an non, ſed illud hactenus & ſecundùm quid *allodiale* ſit. *hactenus* inquam: nempe quoad *qualitatem feudalem*, ratione *vaſalli* conſideratam. nam quoad *qualitatem feudalem*, ut ſic dicamus, *dominicam*, (conſiſtentem in *fide* domini *feudalitia* cum ſingulari *jure in re* & *juribus ad rem* variis domino competentibus conjuncta) omne *directum dominium*, atque ita & illud; quod Dd. ſimpliciter *allodiale* ſ. *liberum* minus cautè indigitant, *vid.* Roſenthal. *c. 9. n. 1. q. 58. n. 34. c. 11. q. 20. n. 41. 13. 15. 20.* & *d. c. 7. q. 55. n. 3. add. C. P. Giſſ. de S. R. R. vol. 1. D. 6. th. 26.* Vultej *1. F. 9. n. 170.* ibi: *quòd dominus* proprietatem *rei* feud. *ſuo jure habet propriam.* erit *feudale*, feudique nomine & definitione continebitur: ſecundùm generaliter tradita *in d. c. 2. §. 2. ſeq. c. 3. §. 3.* confer. H. Piſtor. *obſ. 186. n. 25. & ſeqq.* ubi jus domini *partem feudi* facit. Roſenth. *c. 6. q. 38. n. 3. & lit. b. c. 7. quæſt. 55. rubr. c. 9. quæſt. 62. n. 2. 14. 34. c. 11. quæſt. 20. ſeq. &c.* unde Cujacium probare non poſſumus, qui in *11. F. 17.* docet, quod *domino eſt allodium, id vaſallo eſſe feudum.* Sed ad rem ipſam. *Poſteriori* igitur *caſu*, ut ab hoc ordiamur, non alius in *feudo* ſeu *jure dominico*, quàm in vaſallitico ſuccedendi ordo gradusque cuſtodiendus videtur. nec enim dominus & vaſallus, cùm iſte non minùs ad illius quàm ille ad conſtituenda iſtius jura conferat, id egiſſe credi temerè debent, ut aliis domini ſucceſſorib⁹ vaſallus, aliis contrà vaſalli ſucceſſorib⁹ obligetur domin⁹ aut aliis ille directum aliis utile dominium iſte recognoſcat. ſiquidem relata ſunt hæc omnia & inſeparabiliter cohærent; ita ut poſitô jure ad rem domini unà obligatio vaſalli & poſitâ obligatione vaſalli

unà jus ad rem domini ponatur, itemque poſito utili dominio vaſalli, unà ponatur directum dominium & vice verſa. non ſecus ferè ut res hîc agatur, ac in *ſponſionibus* Wettungen / aut *conjugum* (vaſallus & dominus *conjugibus* æquiparantur in *11. F. 58.*) *teſtamentis mutuis.* eoque facit, quod vulgo ajunt: *dominum & vaſallum ad paria teneri & judicari.* qua etiam comparatione freti, ita hunc caſum decidunt inque terminis, ſuâ quidem ſententiâ, (quâ ſcil. *jus dominicum* pro puro puto *allodio* habent) magis controverſis, unicè tuentur Curt. *jun. p. 3. in princ. 1. n. 16.* Iſern. *ad 11. F. 17.* & *alii cit.* à Roſenth. *d. q. 55. lit. b. & c.* Interim *contraria ſententia*, ut nempe in *jure dominico*, ex quo iſtud vocari *allodium* proque mero allodio haberi invaluit, non aliter ac in ſimpliciter allodialib. ſuccedatur; receptior evaſit. *Laud. Alvar. Prapoſ. & Dd. Comm. in d. 2. F. 17. aliiq.* à Roſenth. *d. q. 55. lit. d. & ſeq. alleg.* qui ipſe *ibid. n. 6. ſeq.* pro ea hunc in modum diſſerit. Quoniam (1.) jure feudorum, *ait*, aliud *nuſquam diſponitur*, (2.) neque æquum, neque rationi conſentaneum eſt, ut *directum domini* jus, quod *à vaſallo non accepit*, vaſalli lucro cedat. Neque (3.) in omnibus *paritas inter dominum & vaſallum* obtinere poteſt. Maxima enim (4.) eſt *diverſitatis ratio*, cur feudum defunctô vaſallô ſine maſculis heredibus, *domino* aperiatur. Quoniam nimirum (5.) *ab ipſo*, & quidem ſub ea *tacita conditione proficiſcitur.* Dominus verò (6.) à vaſallo *directum* ſuum dominium *non habet*; ergo injuſtum & iniquum (7) foret, *ejus heredes* id nullâ domini culpâ præcedente amittere, & vaſallum contra jus naturæ cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem

tiorem ac rem domini ſine ipſius facto alteri acquiri. Quibus ſubſidio eſt, quod (8) *dominus* familiam & *deſcendentes maſculos* ejus, qui primus inveſtitus fuit, *elegerit*, non autem vaſallus dicatur elegiſſe dominum & ejus maſculos, &c.

§. 2. Sed experiamur, anne iſta, quibus prior opinio à Roſenth. cæteriſque oppugnatur, declinari commodè poſſint. Equidem (1.) eam ſi non explicitè aut diſertis verbis, ſaltem ſententia juris feudalis quod perinde eſt, *l. 6. §. 1. ff. de V. S.* contineri jam jam patuit. Et parum abeſt, quin (2) parti diverſæ magis favere videatur, quem pro ſua opinione adducunt textum in *II. F. 17*. Verba ex *edit. Cujac.* hæc ſunt: *Nam & illud judicatum ſcio. ſi ille, qui proprium* feudum (hîc *feudi* vocem aut deleremus cum Hotomanno, aut in generaliori, vetuſto & nativo ſuo ſenſu acciperemus; quô ſc. *quavis bona*, etiam plenô jure noſtra, Fee / Feo / Fio / unde Itali & alii Latinizantes, *feodum* primùm & deinde *feudum* effinxerunt, dicta ſunt, *ſupra c. 1.*) *ſuum militi per beneficium dedit, duobus filiis relictis deceſſerit: quorum unus filiâ relictâ obiit: alter verò, filiô maſculô ſuperſtite, defunctus eſt: quod miles non debet feudum ſuum recognoſcere per fœminam, donec ſupereſt maſculus ex eo, qui primam inveſtituram fecit, cum de* paterno (h. e. de bonis *hereditario jure* ſ. per manus majorum *devolutis, avitis, proavitis &c.* Erb- und Stamm-Gütern / *hereditatem aviaticam* vocant *LL. Ripuar. t. 55. §. 3.* conſtat enim in *libb. feud.* ſolere *paterni* nomine intelligi etiam, quòd ab *avo, proavo*, & reliquis *majoribus* profectum. *II. F. 11. & 50.* Roſenth. *c. 2. q. 11. & 13.* in ejuſmodi autem *allodia paterna* ſ. avita, præſertim immobilia, exem-

plô

plo feudalium, *1:F.7.§.3.& 8.11.F.11.& 36.*olim non *filia* ſed *filii* tantùm ſuccedebāt.*LL.Ripuar.d.§.3.Sax.tit.7.§.1.& ult.*Salic.*tit.62.*Alaman.*tit.57.& 58.*Angl. *tit.7.&c. Edit.Lindenbrog.add.*Rolhag.*certam:maſc.fœm.in prælud.n.31.ſeqq.* hodieque de cætero feudalibus ea æquiparari docent Mod. Piſtor.*2.conſ.50.n.22.* Theod.Hoping. *def. Inſign.c.21.n.223. ubi ſupremam Haſſ. Curiam in cauſa,* Hunteshauſen *contra* Malsburg / und Hertingshauſſen *contra* Hertingshauſſen/*ita pronunciaſſe refert.jung.c.præced.§.2.& 3.) eſſet hoc feudum: alioqui ſi eſſet ſc. aliunde*; uti in vet..edit.legi Nard.Lipar.*ad* Iſern.Afflict.*ad h. text. aliiq̃* notant; *verum eſſet,quod dicitur,per fœminam,*utpote ſecundùm jam dicta in *allodiis nonpaternis* jure ſucceſſionis carentem, *debere recognoſcere.* Equidem ſatiùs foret,additionem illam,*cùm de paterno &c.*cum Alvarotto prorſus rejici,ſimpliciterque ſtatui,eaſdem perſonas,quæ vaſallo in utili dominio,etiam domino in *directo*,unde unde hoc ſive ex domini allodio,eôque vel paterno vel non paterno,ſive ex vaſalli bonis venerit,juxta Curtii & ſequacium doctrinam ſuccedere.

Quâ receptâ interpretatione,non erit,ut de reliquis ſponte ſua ruituris multùm ſimus ſolliciti. Sic enim, utut (3.) concedatur,*paritatem* illam *domini & vaſalli non in omnibus* obtinere ; inde tamen, hîc quoque ceſſare eam, aliô quidem pactô,quàm ſi de *præſenti caſu* id ipſum ſigillatim oſtendas , haud effeceris, neque tamen ad oſtendendum illud ſufficit quæ (4.) allegatur diverſitatis *ratio.* objectivè quidem ſ. *materialiter* verum eſt, quod *utile dominium* à domino, tanquam *beneficium*, vaſallus, at non dominus ab hoc *directum* accipiat; quam-

Digitized by Google

at; quamvis non ſemper. omnimodò enim fallit in *feudis oblatis*, in quibus econtra dominus *ſuum* à vaſallo habet *dominium*, *& hic illum eligit*. in cæteris autem, perpetuâ obligatione vaſalli ad *fidem* & alia *officia*, plerumque etiam ad *operas* & *ſervitia*, *beneficium* iſtud ita penſatur & diluitur, ut in medio relictum videri poſſit, non, an & dominus à vaſallo *beneficium* capiat, ſed uter ab altero majus? dominus *rem* quaſi, *reliqua illa* vaſallus confert. opera autem pro *re* ſæpè valet, imò quorundam ita *pretioſa* eſt opera, ut juſtum ſit, eos *meliore conditione* in ſocietatem admitti. *§. 2. Inſt. de ſociet.* Et quidem ſi *benè* quoque *merita vaſalli* conceſſionem feudi *præceſſerint*; aut planè emptionis, permutationis vel ſimilis *titulus onerosus* intervenerit, parem omnino utriusque conditionem, quantum ad hoc ſaltem, efficiens? Atqui (5.) *formaliter* rem conſiderando, non magis *utile* vaſalli *dominium* à domino quàm *directū* à vaſallo *proficiſci* intelligitur. *relata* enim ſunt, ceu jam ſupra monuimus, proindeque *unum* cum *altero* unà producitur ac *reciprocatur*: quodq; in altero cautum in utroque cautum eſſe videtur. Henric. Rhala. *c. 10. Topic.* Et quemadmodum non conſtitui, imò ne fingi quidem utile dominium poteſt absque *directo*, ita nec *directum* absque *utili*; ut tamen, quæ *relatorum* indoles eſt, neutrum alterius quà relati cauſa ſit. Planè ſicuti *jus ad rem* in *creditore* ejusque correlatum *obligatio* in *debitore* eôdem actu momentôque exoriuntur: nec tamen à *creditore*, licèt is utrique juri *materiam* ſuppeditet & hact. *beneficium* debitori tribuat, debitor *obligationem* magis quam à debitore creditor *jus ad rem* accepiſſe dici poteſt. Cur igitur

(6.) ta-

(6) *tacita* illa *conditio* & *electio*, perinde ac ad *ſucceſſionem* in *vaſallagio*, non etiam ad *ſucceſſionem* in *dominio* concinnandam ſupponetur? Præſertim cùm (7.) *eadem utrobique* appareat *ratio* & *fœmina ita incapax videatur in acquirendo ut ſit domina, quemadmodum eſt incapax ad hoc ut ſit vaſalla*; quæ verba ſunt Curtii *ſupra cit. n. 16.* Tandem (8.) ipſe Roſenthal. hanc ſententiam præ altera ſibi placere aut ſaltem textui convenientiorem eſſe non obſcure innuit *d. c. n. 55. gloſſ. lit. e.* ibi: *Sed ſubtiliter textum intuenti apparere poteſt, licet in membro priore ſolum ponat caſum, de ſubfeudo pro maſculis & fœminis, tamen idem voluiſſe caſu, quo ex allodio quis ita feudum conceſſit.* Id verò ingenuè fatemur, argumentis à *relatpr. natura* petitis neque nos in præſenti multum deferre. quippe quòd *ſucceſſio*, qua de agimus, ad *ſubjecta* relationis ſpectet, & cum ipſa *relatione* inter dominium *directum & utile* nihil commune habeat. uti autem relatio nullam in *ſubjecto* mutationem facit; ità multò minùs neceſſum eſt, ut *ſubjectum* utrinque ejusdem conditionis ſit & qualitatis. imò diverſæ potiùs ut ſit, poſtulat ſanè relationis ex *rei diverſitate* efflorescens diverſitas. Sic dominus ad ſervum vel pater ad filium uti aliter ſe habent, quàm ſervus ad dominum vel filius ad patrem, ita aliam quoq; domini, quàm ſervi, & patris quàm filii, conditionem & qualitatem eſſe conſtat. Et annon, quod proximè huc facit, ſervo in ſubjectione ſervili & domino in poteſtate herili ſuccedentium diſſimillimi gradus ſunt ordinesque recepti, relatione inter ſervitutem & dominationem omnino ſalvâ interim manente? Solidius verò argumentum eſt, quod n. 7. attulimus ex rationis iden-

identitate hauſtum & *inf.* ulterius fortè corroborandum, & juvant textus in *l.F.22.26.* §.1. *&* 28.*& ſimil.* quibus *filio ſ. hæredi* feud. æquè adſcribitur ſucceſſio in *directo* ac alibi eadem iisdem in *utili* dominio. Credimus quoque *conſuetudinem* ab hac parte ſtare, & vix contigiſſe unquam, ut re incidente v. g. *filii* in *utili dominio* ſoli, in *directo* autem unà *filiæ* ad ſucceſſionem admiſſæ fuerint. Ita tamen obſervatum ſe vidiſſe ſcribit Roſenth. *c.11.q.20.n.21.* ut in *proprietate* heredes *vulgares* ſucceſſerint. Sed de hoc ſatis.

§. 3. Priori caſu, quando ſcil. ipſum *directum* dominium alius domini ſuperioris *beneficium* eſt, non alium ſuccedendi modum in *illo* inter domini, ac in utili feud. dominio inter vaſalli hæredes obſervari expeditum eſt. Vid. Roſenth. *d.q.55.lit.a.ibiq. cit. & c.11.q.21. n.2. ſeq.* Atque hinc proculdubio eſt, quod in *Imperio noſtro* Principes aliique Proceres, cùm territoria & bona corũ plerunq; ab Imp. vel aliis dominis feudi jure teneantur, nullô *directi utilisve* dominii diſcrimine, unum eundemque ut plurimum habeant ſucceſſorem: quorſum an referenda ſit conſuetudo, cujus in *fine §. præced.* 2. meminimus, *Roſenthálii* autem obſervatio ad feuda *hereditaria* vel ſimilia? penes harum rerum curioſiores ſubactioresque obſervatores judicium eſto. Nec minùs pateſcit, ad quæſtionem, an *dominus* de *proprietate* ſua teſtari eamve aliàs poſſit alienare? de qua *vid.* Roſenthal. *c 9. quæſt.62. & c.11.quæſt.20.n.21.* Vult. *l.F.9 n. 170. & c.10.n.115.ſeqq.* Knipſchild. *2.de civ.Imp.n.42.ſeq.* quid reſpondendum ſit.

§. 4. Vtrôque denique *caſu* ante omnia *veſtitu-ra*

ræ tenor intuendus & ſi quid circa *domini ſucceſſionem*, prout circa *vaſalli* ſolet,nominatim cautum extat,præcipuè ſervandum eſt. Nec enim video, cùm,quos primò locò inveſtitura locavit & ad *vaſalli ſucceſſionem* vocavit,utut inhabiles de jure & rejectaneos vulgò reputatos, e.g.aſcendentes,fœminæ, cognati &c. primò locò veniant quoque; *1.F.1.§.3.8.§.2.& 14.11.F.48.50.& 84.* cur *domini ejusq; ſucceſſorum* alia in hoc aut deterior conditio eſſe debeat, Eandem certè agnoſcunt Blancus, Ardiz.aliique, quando in jure dominante *allodiali*, ſecundùm *11. F. 17.* ſolos *vulgares heredes* ſuccedere tradunt quidem,ſed *limitationem* ſubjiciunt: *niſi vaſallus promiſerit fidelitatem domino & liberus ejus: &c.* Prout *Sereniſſ. Haſſ.Landgraviorum* vaſalli ipſis & ipſorum *liberis maſculis*, deinde *agnatis,maſculis* tamen & obſervatò *primogenituræ* ordine,denique *Confratribus Sereniſſ. Saxon. ducibus* fidelitatem præſtant,iiſque ſimul, quâ dictum ſeric, jus *directi dominii* datum deſtinatumque proteſtantur, hâc formulâ: Und der vorgenante N. und deſſen Leibs-Lehens-Erben ſollen ſolche Lehen nun fürter von uns und nach unſerm Todt von unſerm àltiſten Sohn Landgraff L. zu Heſſen ꝛc. und deſſen Mann-Leibs-Lehens-Erben/ oder in mangel deren/oder da deren keiner noch ſonſt andere Männliche Leib-Lehens-Erben/ von uns herrührend / vorhanden wehren/ von unſern freundlichen Lieben Brüdern / Herrn Landgraff G. und Sr. Lbd. àltiſtem Sohn und Mann-Leibs-Lehens-Erben / oder in mangel derſelben von unſerm freundlichen lieben Vettern Herrn Landgraff F. dem àltern/ jederzeit dem àltiſten und des àltiſten Lini, Mann-Leibs-Lehens-Erben / und auff gàntzlichen Abgang des

Mannlichen-Stamms / von weiland unſern in Gott ruhenden gnädigen geliebten Herrn Groß-Vattern / Landgraff L. hochlöbl. Chriſtmilden Andenckens herrührend/von dem ältiſten/unſerer freundlichen lieben Vettern Darmſtat. Lini, Herrn F. als ältern/Landgraffen zu Heſſen ꝛc. Chriſtmilden Andenckens/ hinterlaſſenen Mannlichen Leibes Lehens-Erben/Fürſten zu Heſſen ꝛc. alles nach dem Recht der erſten Gebuhrt / und Beſage und Inhalt deren zwiſchen Hochſeel. ermeltem unſerm gnädigen Herrn Groß-Vattern/Landgraff L. und Sr. Groß-vätterliche Gn. geliebten Gebrüdern / auffgerichteter Brüderlicher Vergleichung und Erb-ſtatuten, und von Römiſchen Käyſern darauff erfolgten Confirmationen, und auf den Fall unſere Fürſtl. Heſſiſche Darmſtättiſche Lini ohne Hinterlaſſung Mannlicher Erben / gäntzlich und allerdings erleſchen und mit Todt abgehen/ und keiner übrig bleiben / noch vorhanden ſeyn ſolte / alsdann von unſern freundlichen lieben Vettern/ deren Fürſten zu H. C. L. jederzeit dem ältiſten/ und des ältiſten Mann-Leibs-Lehens-Erben/ und auff gäntzlichen Abgang des Mannlichen Stamms der Fürſten zu Heſſen/ von denen Chur- und Fürſten zu Sachſen ꝛc. vermöge derer/ zwiſchen den Chur- und Fürſtlichen Häußern Sachſen und Heſſen/ von undencklichen Jahren hergebrachter / und in Zeiten erneuerter/ und von Römiſchen Käyſern confirmirter und beſtättigter Erb-Verbrüderung/ haben/ nützen/ nieſſen/tragen/verſtehē/ vermannen/verdienen und empfahen ꝛc. *confer. potentiſſ. Electoris Saxon.* DN. JOHANN GEORGII I. *&c. felic. record. teſtamentum, anno 1652. d. 20. Iulii conditum, quale ipſum* D. Sprenger. *in Lucern. Stat. Imp. p. 112. & ſeqq. exhibet; in clauſula heredum inſtitutionis & ſubſtitutionis*

tionis, §. Was nun unſers Churfürſtenthum ꝛc. *p.* 121. *& ſeqq.* *ubi eâdem ſerie primùm quidem Filios ſuos eorumq́; poſteros maſculos, ſalvô ſemper primigenii jure*, jederzeit den ältiſten ehelichen Mannes-Leibes-Erben; *poſtmodum verò*, und nach gäntzlichen Abgang des von S. Churf. Durchl. *poſterirenden* männlichen Stammes / *heredes indigitat Sereniſſ.* DN. Teſtator Ihrer Herrn Vettern / *quæ ſunt ipſa verba*, Agnaten und Erb-verbrüderter ꝛc. (*Hi* cur non æquè, ac in *præced. inveſt. literis* factum, *nominatim* deſignati ſint, cauſa haud in obſcuro eſt.) nach Ordnung der Rechte / Gewonheit und Inhalts der Erb-Verbrüderung und des Pragериſchen Receſſes &c.

Quinimò *meliorem* hîc eſſe *Domini* ejuſque ſucceſſorum ac pinguiorem conditionem largiuntur, quotquot *ſolos* inter domini *ſucceſſores*, irrequiſitis vaſallis, de jure modoq́; ſuccedendi conventa pacta valere tradunt: ut nimirum, fermè ad inſtar *aſſignationis libertorum*, ſi cui ab ipſis *dominium directum* hujus aut alterius feudi fuerit aſſignatum, is *ſolus* obtineat & inveſtituram faciat. Roſenth. *c.6.quaſt.38.n.4.c.9.quaſt.58.n.36.ſeq.* H. Piſtor. *obſ.186.* D. Franzk. *1.reſol.19.n.16.* Ita vi etiam *tranſactionis* nuperæ *Haſſiacæ*, quantum novimus, jus *directi dominii* in certas provincias, Comitatus, territoria &c. *ſoli* Sereniſſimæ Domui *Haſſo-Darmſtad.* ceſſit manſitve.

§. 5. Atque huc pertinent *pacta* & *ſtatuta*, queis ſoli *primogenito, ſeniori* &c. ſucceſſ[illegible] in feudi *directum dominium*, non min' ac in *utile* ſæpè numero defertur. Equidem de *moribus* Germaniæ *indefinitè* ſcribunt Zaſ. *p.7.n.11.* Vultej. *1.F.7.n.59.* Wehner. *obſ.pr. verb.* Lehniſche Hand. uſuque quotidianô ſervari teſtantur, ut *unus*,

ex pluribus domini heredibus, & plerumque *ſenior*, jura *directi dominii* exerceat, inveſtituram vaſallis conferat, & Codicillis, eô nomine præſtitis, dem Lehen-Brieffen/ſuum ſolius ſigillum apponat: unde in vernacula appelletur, der ältiſte des Stammes oder Geſchlechtes/ welcher die Lehniſche Hand habe und trage. Henricus autem à Roſenthal *c.6.quæſt.38.* quod de *uno* dicitur, *juris* quidem ſeu moris *communis* eſſe ſtatuit cum communi ſchola; Cævall. *3. com. opin.784.n.2.ſeq.* Vult. *1.F.7.n.143.* cæterum ut unus ille *ſenior* ſit, cùm multi de jur. comm. *digniorem* præferant, *conventionibus famil. certis* accepto ferre mavult. nam in permultis magnis Germ. familiis, ſe obſervâſſe *d.quæſt.lit.g.* ait, ita plerunque *conveniſſe*, ut *ſenior ſit adminiſtrator juris dominici*, eiq; jurent &c. *add.* Fulv. Pacian. *2.de probat c.36.n.11.ſeq. ubi refelluntur, qui ſtatuunt, de jure ſcil. communi, inter fratres condominos ad ſolum ſeniorem pertinere jdictionis adminiſtrationem.* Diximus *exerceri* à *ſeniore* directum dominium, ceu eôd. ſenſu *adminiſtratorem juris dominici* eundem vocat Roſenthalius. Nec enim *ſeniori*, coheredib. ipſius ſeu ſucceſſionis feud. conſortibus inde excluſis, integrum dominium ſoli per ejuſmodi pacta vel mores promiſcuè tributum credimus, ſed partem duntaxat ratam; ita nimirum, ut reliquorum nomine tanquam mandatarius, inveſtituræ & alia ſolennia is peragat ſ. adminiſtret. *vid.* Zaſ. *d.n.11.* Roſenthal. *d.quæſt.38.n.1. & ſeqq. & plures ab eo lit.a.g. & n. & à* Vult. *d.n.143.citati:* qui docent, *uni illi omnium nomine ſeu pro omnibus jurandum & reliqua præſtanda eſſe.* & iterum Roſenth. *c.8.quæſt.12 c.9.quæſt.30.n.1.* D. Franzk. *c.7. de Laudem.n.135.ſeqq.* Unde etiam feudô apertô non
minùs

minùs reliquis dominis, quàm *ſeniori*, cuique pro ſua parte dominicâ, id cedit proculdubiò. *confer. alleg. Dd. dd.ll.&* Roſenthal.*c.9, quaſt.62.n.13.14.& 38.c.11.quaſt. 18.n.4.& ſeq.* Vultej. *1.F.11.n.144.* Sic Comitatus W'.inveſtituram *Haſſ.* Domûs, ex linea *Regente* tàm *Caſſellana* quàm *Darmſtadina*, Princeps *ſenior*, (qui hodie eſt *Sereniſſimus Princeps ac DN. DN.* LUDOVICUS *VI. Haſſ. LandGravius, Princeps Hersfeldia &c.&c. Dominus meus Clementiſſimus & hujus Ludoviciana ſua Nutritius magnificentiſſimus.*) ſolus quidem impertitur cæteraque directi dominii jura exercet, ſed *nomine communi*, in geſambtem Namen/ & proinde, caſu eveniente, Comitatus iſte utrique lineæ aperietur in duos ſemiſſes diſtribuendus.

Conveniri tamen aut moribus induci poteſt, ut quemadmodum *primogenitus*, ita & *ſenior*, ceu in principio huj⁹ §. innuimus, non *exercitium* tantùm & adminiſtrationem, ſed ipſum *jus* directi dominii conſequatur, ſibi ſuóque ſolius nomine habendum. *confer.* Goldaſt. *in ſeniore ſuo.* Grot. *2. de I.B.& P.c.7.§.13.18.20.ſeqq. ibiq; not.& ad §.24.* Fred. à Sande *tr.1. ad conſu. Geldr. tit.3.c.1. §.1.n.22.ſeq.* Neoſtad. *de feud. Holl. ſucceſſ.c.5.n. 10.46.ſeq. 72.& ſeq.*

§. 6. Progredimur nunc ad tract. de perſona domini, qui alias dicitur (1) *ſenior*; à qua vocula eſt Gallorum, Italorum, Hiſpanorum *ſeigneur, ſignore, ſennore.* h.c. *dominus.* cadente enim ævo Latinè ſcribentes Germani & alii, ipſe imò *Sidonius*, pro *domino, Principe, magiſtratum* aut *poteſtatē* habente *ſeniorem* dixerunt. loca aliquot ver. ſcript. excerpſit Joh. Stephan. *in not. ad lib. X. Hiſtor. Dan. Sax. Grammat. p.195. verſ.17. & plura ante eum congeſſerat*

Digitized by Google

Goldaſt. in *not. ad lib. 2.* Iſon. *de mirac. S. Othm. c. 4. in tom. 1. Rer. Alam. p. 2. jung.* Cl. Barth. *lib. 48. adverſ. c. 4. ubi eleganter & cordatè.* Garſ. *c. 12. de expenſ. & melior. n. 28. & ſeq. ubi vocem ſignor Germanicæ origini adſcribit.* (2) *Patronus* ob ſimilitudinem, quæ uti *vaſallos* & *libertos*, ita *ſeniores* inter & *libertorum patronos* intercedit: de quo Roſenthal. *c. 1. conc. 11. n. 1. c. 10. q. 20. & ſeqq c. 11. q. 20. & plur. loc. al.* aut etiam *Patronus* poteſt intelligi dictus eſſe eâ ratione, quâ *vaſalli* paſſim in jur. feud. *clientes* & *clientuli* vocantur. (3) dominus feudi, dominus directus vel ſuperior, Germ. Lehen-Herr.

§. 7. *Dominus* autem hujuſmodi quis ſit, quando alteri *dominium utile* ſ. *jus feudi* ſtrictè ſic dictum in re ſua concedit aut olim conceſſum confirmat. Et confirmare quidem poteſt, cuicunque ſucceſſio, de qua in §. *præced.* in *jus directi dominii* patet; aſt concedere nemo, niſi *qui rē alienare ſ. dominium aut ejus ſaltem particulā notabilē alii dare ſimulq́; ad fidem præſtandam & obligare & obligari.* Cuncta igitur hæc, quibus tota, ni fallimur, *feudi conſtitutionis ſubſtantia* expletur, ſi quo in homine reperiantur, is dandis conſtituendiſque feudis noſtrô judiciô idoneus erit: cujuſcunque de cætero *ætatis, ſexus, conditionis, ordinis* & *fortunæ* ſit.

§. 8. Utrum verò & quatenus ſub illa *definitione* vel contineantur *Imperatores, Pontifices Rom. Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Principes, Comites, Barones, Nobiles* &c. vel non contineantur *fœminæ, filii f. Clerici, Monachi, ruſtici* &c. potius ad *reliquum jus civile* privatum, publicum, canonicum ſ. Eccleſiaſticum pertinet. inde enim, omnibus illis in *alienando* & *obligando* quid juris ſit, ut hauſtum fuerit didicitumvé, illicò liquidum evadet,

qui-

Digitized by Google

quinam porrò & quouſque conferendi feudi poteſtatem, vi quidem allatæ definitionis, habeant vel nō habeant. Ut de *Imp. Papa, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus* &c. multis hîc agere *juriſprudentiamq́; feudalem*, ſub mole tot ſpiſſorum voluminum jamtum ferè fatiſcentem, detractis juri publ. Canon. &c. integris capitibus atque ipſi infercitis, prolixiorem onerofioremque reddere velle, minùs oportunum nobis vel ſaltem non è re eſſe videatur; interim haud diſſimulantibus, ſicubi circa *feudi conſtitutionem, præter vel contra* legem, *alienandi obligandiq́;* poteſtati aut modo vulgari jure poſitam, *ſigillatim receptum* occurrat quicquam, id cum cura ut moneatur dignum omninò operæque pretium & nos exiſtimare. Cujus ſcilicet notæ eſt, quòd Imperator feuda utili dominiô extinctô ad ipſum reverſa, niſi modici momenti ſ. pretii ſint, die nichts merckliches ertragen/ denuò infeudare prohibetur. *art. 24. Capitul. Carol. V. & ſeqq. Imp.* cùm tamen aliis feudi dominis non modo id facere integrum, ſed multorum opinione, præſertim in feudis Eccleſiaſticis, neceſſarium quoque ſit. *vid.* Phil. Matth. *2. conſil. Marp. 26. n. 106. ſeqq.* Knichen. *p. 1. de veſtit. pact. c. 1. n. 287. ſeq. c. 4. n. 39.* Freder. à Sande *tr. 1. ad conſ. feud. Geld. tit. 3. c. 1. §. 8. n. 8. §. 15. n. 7.* Thumer. *tr.* Krumſtab ſchleuſt niemand aus *fund. 2. Arch. n. 138. ſeq.* Et contrà cùm *reliqui generis alienationes* quæcunque interdictæ Imperatori *, attamen *feuda minorum gentium*, quæ diximus, ſemper, hodie etiam *majorum gentium*, cum *præſcitu tamen* EEum, *D. Ferdin. IV. & D. Leopoldi Imp. noſtri Capitul. art. 30.* denuo elargiri eidem permiſſum: imò Electoratus reinfeudare injunctum fuerit *in A. B. c. 7. §. ult. ibiq́; comm.*

comm. Quæ dum minùs exactè diſtinxerunt, haud ſimplici vice lapſos eſſe viros celeberrimos, *Roſenthal. Caſp. Klock.* & alios, eruditè commonſtrat Cl. Limn. *ad Capitul.Carolin.art.24.p.275.& ſeqq.* Cujus tamen tradita uti omnia noſtra non facimus,ita quòd reinfeudandi licentiam jam antea Imperatori infinitam non fuiſſe, addubitans quamvis,ſtatuit & contra Wurfbainium defendit, duobus antiquit. documentis ulterius corrobarare poſſumus. quorum alterum nititur fide literarum à Conrado Stuzelio, D. Maximiliani I Imp.Cancellario, ad ſacerdotem Groning. Anno 1495.d.ult.Febr.ſcriptarum,quarum verba,quæ volumus,hæc ſunt: *credatur nihil earum rerum,quod Rex velit Comiti in Friſia vel partē Friſiæ nec totum in feudum dare, ſed penes ſe & Imperium totum retinere. Nec Rex poſſet aliquem de his de novo infeudare,abſque conſenſu Capituli Principum EEum.* Alterum vetuſtius ex Ducum Geldr. Archivis ſuppeditat Fred. à Sande. *tr.2. ad conſuetud.Geldr. tit. 1.c.5.n.5.* ubi ſequentem periodum, ex ſententia ſub Imp.Freder. I. Anno 1172. prolata, deſcriptam, exhibet: *cum Sereniſſimus Romanorum Imperator Henricus III. prædeceſſor noſter,Telonium Noviomagenſe dicta domui annexum, ſine conſtantia* (fortè, *conſcientia*) *& conſenſu Principum Imperii, Theodorico Comiti Clivienſi in feudum conceſſiſſet, tali interpoſitâ conditione* &c. & poſt: *Nos tandem ipſum, ſecundùm ſententiam à Principibus Imperii prolatam, dictô Teloneô privavimus, & dictam conceſſionem, quæ ſinè conſtantia & conſenſu Principum Imperii facta fuit*, caſſavimus;&c.

Ubb. Emm. Dec.4. rer.Friſ. lib.34.

§. 9.

§. 9. Quoniam nunc ex *l.civili allodiali* conſtat, uti aliis *liberis hominibus* & *civibus* Rom. (quo *nomine* latiùs & JCtorum more utimur, uti quoq; *liberorum* mentione excluſum imus *ſervilis conditionis* ruſticos; quibus accēſendi quodammodo noſtrates *proprii homines*, quos vocant, Leibeigene Leute) ita & *ruſticis* non tantùm res ſuas alienare, ſed quoque ad *fidem præſtandam* cùm ſe aliis tùm alios ſibi obligare licere, inde intellectu haud fuerit difficile, de *ruſtico* percontantibus, *an is videlicet feuda conferre poſſit?* quid jure reſpondendum nobis quidem videatur. E recentioribus copioſè & exquiſitè hoc argumentum tractavit Magnif. JCtus D. Tabor &c. quem honoris causâ nominamus, *in comm. ad 1. F. 1. p. 15. & ſeq.* Sanè affirmativam, FF. communiter ipſique adeò illuſtri Baroni Tautemberg. in *II. F. 10.* approbatam, ut abſque textibus ex *II. F. 5. 10. & 34.* pro ea adduci vulgò ſolitis foret, ſatis defendere videtur definitio noſtra; dextrè modò ad- & explicita. niſi fortaſſis, nam cætera omni carent ſcrupulô, de *fidei vinculo* & *obſequii* velit ambigi. Sed an non *ruſticis*, ſervos manumittere, famulos & ancillas conducere, homines proprios, imò & ſubditos acquirere, liberos adoptare & arrogare, h.e. *multis modis*, eorumque nonnullis feudi conceſſione civilioribus nec minùs nobilibus, alios ſibi ad *fidem & obſequium* obligare licet? res, ſi quid cernimus, manifeſta eſt. *Militiam* verò objicis & *facultatem militandi*, ceu qualitatem & in *datore* & in *acceptore feudi* neceſſariam: proindeque tantùm milites feuda dare poſſe. Atqui ut olim res ita habuerit ipſumque inſtitutum hoc ex belli & militiæ cauſa totum profluxerit; de quo *ſup. c. 2. §. 5. & ſeqq.* poſtmodum tamen,

quæ non heri aut nudius tertius ſed ante ſeptem ſecula jam cœpit conſuetudo, *ſolenni juris incrementô*, eò perventum, ut operas etiam illiberales, quales Lardarii, factoris ignis, &c. feudis datis redimi invaluerit. *d. c. 2. §. 1.* Imò conſtat pro *ſervitiis militaribus* , ne & ea deſideres, vel *fabriles operas* ſtipulari, jamdudum uſurpatum fuiſſe. Et quid ſi feudum fuerit *francum*, cui nulla ſervitia, aut *cenſuale*, in quo pro ſervitiis nummi, par caponum vel ſimile quid, quod nemo ruſticis poſſit melius, ſolet præſtari? de quibus omnibus *infrà ſuô locô*. Ut de *fœminis, clericis* & aliis, min⁹ etiam *aptis* vel factis ad *militiam*, nihil dicamus: quos *illâ* quidem *ratione* feudorum arceri ſacris oporteret omnes. Non dicamus item, oppoſitam illam doctrinam, cùm per eam *ruſticis* nec *feuda accipere* ſ. vaſallis eſſe liceat, vel hoc ſolô ſuſpectam eſſe meritò. experientia enim teſtatur, *ruſticis* & aliis in ſimili conditione viventibus ſubditis, nemine ringente vel refragante, quotidie feuda conferri adeò ut peculiare nomen der Bauren= und Schupf= Lehen ſibi vindicaverint. Beſold. *theſ. pr. lit. A. n. 19. lit. B. n. 95. & lit. S. n. 54.* Wehner. *obſ. pr, verb.* Schupf=Lehen. *add.* Ren. Choppin. *3. de privileg. ruſt. c. 3. 5. & ult.* Carpzov. *1. P. F. S. p. 3. c. 28. def. 5.* Coler. *deciſ. 77. ap. quos exempla & præjud.* Hartm. *tit. 54. obſ. 2. n. 6. &c.* Denique *ruſticos* hodie militandi non tàm requirere facultatem, quàm ultrò impoſitam conquaeritari neceſſitatem potiùs audias. plerunque enim auribus eorum ingratæ accidunt voces der Muſterung / Reiße / Folge / Heer=Zwangs oder Folge / daß ſie nemlich auff Herrſchafftlich Erfordern und Befehl zu Kriegs= Läufften und ſonſten in gewöhnlicher Rüſtung oder mit ihren Gewehr er=

ſchei=

Digitized by Google

ſcheinen und ſich/als Soldaten / gebrauchen laſſen müſſen/ beſonders der enge und übrige Ausſchuß &c. *vid.* Knichen. *de Saxon.non prov.I.verb.* neſcium. *c. 1. n. 151. & c. 3. de 1.territor.n.352.& 359. C.P.Giſſ.de S.R.R. vol. 1. D. 6. §. 23. lit.D&E.* Dn. à Seckendorff *&c p.2.* Teutſch. Fürſten-St. *c.10.n.8.& ſeqq.& Dd.l.publ.comm.* Jucundior ſanè pleriſque cantilena foret, *ruſticis nec functionem, nec nomen militũ competere,* &c. ex *l.3.C.qui milit. C.tit. Ne ruſticani.&c.* ſed eam Germaniæ noſtræ mores, de vicinis regnis & provinciis conſul. Choppin. *d.lib.3.c.13.*, non admittunt.

§. 10. Cæteris quæ obtenduntur, nimirum *Ruſticos arma portare & militare non poſſe ; ordini, ſtatui & tranquillitati reip. metuendum, imò turbis ac ſeditionibus occaſiones præbitum iri, ſi ruſticis locupletioribus permitteretur agros deſerere, arma capeſſere, milites conducere & ad ſervitia militaria fidemq; per beneficia feud. ſibi obligare, curias feudales inſtituere &c.* inter emblemata declamatoria potius, quam ea argumenta, queis ad proſternendam *communem opinionem* uſus ſit, ſuus aſſignandus locus. Nam de cætero convenire inter omnes reor: (1.) *bello & armis aptiorem* eſſe *ruſticam plebem* & *ex agris præcipuè ſupplendum robur exercitus:* quod ipſius Fl. Vegetii *in lib. 1. de R.M.c.3.* judicium eſt, pluribus graviſſimis rationibus munitum. *add.* Choppin. *d.lib.3.c.13.* ubi & illud Catonis ; *ex agris generoſiſſimos milites fortiſſimosq; viros gigni ;* refert. (2.) apud majores noſtros ingenuis quoque de *plebe* hominibus, Freyling & Bürger dictis, *arare terram aut exſpectare annum non tam facile perſuaderi potuiſſe, quàm vocare hoſtes & vulnera* mereri. *pigrum quinimò & iners* videbatur *ſudore acquirere, quod poſſis ſanguine parare.* Ta-

Digitized by Google

cit. *Germ. c. 14. add.* Nobiliſſ. Cluver. *lib. 1. G. A. c. 15. & 39. ſup. c. 2. §. 6.* nec hodie in ſolos *Helvetios*, de quibus id memorat Choppinus, ſed & in reliquos *Germanos* competere, *quòd nullô diſcrimine arma & arva pertractent.* adeò in præſens uſque tempus vetuſtiſſimus, nec Tacito *d. l.* tacitus, mos durat, ut cùm maximè *nobilium* & *illuſtrium*, tùm quoque *ruſticorum* filii *eas nationes, quæ bellum gerunt, ultrò petant* aut aliàs militatum abeant. in quo *ſingularis libertatis* axioma collocat gens noſtra, tanti exiſtimatum, ut novam de eo clauſulam, vim legis fundamentalis habituram, ſcriptô concipi & *Invictiſſ. Imp. noſtri Capitul. art. 16.* inſeri nuper placuerit, his verbis: Es ſoll jedoch auch keinem Reichs-Stande oder Eingeſeſſenen verbotten ſeyn / ſich bey Außwertigen in Krieges-Dienſten zu begeben und einzulaſſen / da es nicht wieder das Reich oder einen Stand deſſelben angeſehen. *add.* R. A. *de Anno 1570. §. 5. ibi.* eine löbliche Geſtalt Teutſcher Freiheit. Nolden. *c. 17. deſt. Nobil. n. 151. ſeq.* Limn. *4. l. 1. p. c. 8. n. 13. ſeqq.* (3) tantũ igitur abeſſe ut *ruſtici Germani arma portare non poſſint &c.* ut potiꝰ, quod Veter. Romanis Veget. *d. c. 3.* tribuit, verũ in eos ſit: *Idẽ bellator, idem agricola, genera tantum mutat armorum*; h. e. *tela in uſum vomeris ligoniſque convertit*, id quod alias diſplicet Imp. *in l. ult. C. de mancip. & col. add.* Eſai. *c. 2. v. 4. Mich. c. 4. v. 3.* (4) turbæ aut ſeditionis metum occaſionemve à nobiliorum ac potentiorum civium armis, clientelis curiiſque feudalibus, ſi ejuſmodi ſcævum quid de *fidelibus* & præſertim *Germanis* ſuſpicari fas eſt, majorem utique videri impendere, quam ab uno aut altero, rari enim admodum extant, ruſticorum locupletiorum, ſi quis fortè prædiolum aut agellum alii ruſtico inbeneficiare voluerit, &c.

§. 11.

§.11. Mittimus alia atque omittimus, ne vel imprimis nos vexet cenſura CL. Gryphiandri, qui *lib.1.œcon. leg.c.32.n.61.ſeq.* ridiculos vocat Feudiſtas, de ruſtico *feuda cōceſſuro ſollicitos qs. concipiant jura de facto rariſſimè vel nunquam contingente. quis enim*, ſubjicit, *ruſticum feudum dediſſe vel fando audivit, nedum in hiſtoriis legit? Atqui ſtultus labor eſt ineptiarum, quæ in praxi uſum nullum habent &c.* Quamvis noſtra hæc diſputatio ita comparata ſit ut ex ea judicium ſimul de *clericis, mulieribus* & aliis, quos feudum dare poſſe, nec ne, dubitatur, fieri queat expeditiùs. quinimò haud perſpicimus, cur adeò luſa debeat aut luſoria cenſeri opera, in argumento ſumpta, *majorem* eamque interdum (judiciô maximorum virorum, *Cicer.Seneca,Virgil.*&c.vid. Choppin, *lib.1. de privileg. ruſt.p.1.c.6.& præced.lib.2:p.3. c. 1.ſeqq.* Bernegger.*q.77. ad Tacit.German.*& alii, qui vitæ ruſticæ encomia ſcribentes reliquis eam omnibus vitæ generibus, ſi probitatem pietatem, officia &c. ſpectes, antecellere & nullam liberô homine digniorem judicant) meliorem *civitatis noſtræ hominum partem* concernente. Ubi quidem recordor, neceſſarium videri poſſe & ad multa, ſine quibus diſquiſitio iſthæc plenè ſolideque exagitari nequit, rectiùs pernoſcenda utile, ſi penitius diſpiciatur, *quinam* ergo *in noſtra Civitate*, unà autem circa præſentem quæſtionem, *ruſticorum nomine veniant?* id igitur agamus nunc.

§. 12. Felix Malleolus *Decret.Doct.& Canon.Tigur.in Dial.de nobil.c.32.* ſeptem gradibus ruſticos, diſtinguit, quorum hæc barbara affert nomina: *Ruſticus, Ruſtoicus, Ruſtinardus, Ruſtibaldus, Ruſtiboldus, Ruſtincus* & *Ruſticellus.* quæ ſingula rythmicis elogiis, ruris tamen

 non

non adeò plenis, exornat. ſed extra ſales & ſatyram, notandum eſt, *ruſticos* appellari (1.) *latiùs* & à *loco ſ. ſubjecto* omnes, quotquot *ruri*, propriis licèt avitisvé meritis *nobiles*, domicilium habent, ſive agricolationi & quæſtui ruſticano intenti, ſive non ſint. ita *ruſticum* Baldus interpretatur *nobilem virum*, ruri degentem in *§. ſi ruſticus 3. II. F. 27.* ſcribens: *ſed nunquit ruſticus poteſt clamare* (Italizal Baldus noſter, der Landsman ſtoſſet ihm hinters Ohr; *vocare ſ. provocare* dicere voluit, pro quo etiam Itali ſuum *chiamare* uſurpant) *militem ad duellum? dic, quod non, niſi ſit natus ex nobili genere: & tunc ex pone, ruſticus i. e. ruralis; quia habitat in rure, tamen eſt nobilis genere. ſicut ſunt multi in Italia &c.* add. Jaſon. *in §. 7. I. de act.* Wurmſer. *tit. 27. pr. O. 2. n. 5.* Guilh. Bened. *in c. Raynut. verb. & uxorē &c. n. 1025. Chopin. mox cit. & c. 13. d. lib. 3.* adeò ut *nobiles* hos privilegiò in *l. fin. C. de Teſtam.* ruſticis datô gaudere ſtatuant. Cyn. Jaſ. Dauth. qui limitat in *nobilibus eruditis, & Dd. comm. in d. l.* Vaſq. *3. de ſucceſſ. §. 22. n. 3.* (2) in æquali ferè *latitudine*, ſed ad *formam* eâ *finemq́*, quàm *locum* relatâ magis, omnes ruſticanæ rei ſive intra ſive extra urbem navantes operam, plebejos, nobiles, &c, quorum, utut propriis manibus operantium, dignitatis luminibus iſtam ruſticationem haud obſtruere, verius eſt: Angel. Br. Iſern. Bellov. Piogg. Guid. Pap. *& al. laud. à* Choppin. *d. tr. præfat. & lib. 2. p. 2. c. 1. lib. 3. p. 3. c. 1. C. P. Giſſ. de S. R. R. vol 1. D. 9. §. 8. E.* Nolden. *d. tr. c. 23. n. 19. ſeqq. ubi plures cit. & limit.* Cui acceptioni ea reſpondet, quâ in *jure civ. juſtin.* familia, prædia & mancipia, in oppoſitu *urbanorum, ruſtica* vocantur. *l. 99. ff. de leg. 3. l. 166. l. 198. & ad utramq́ Dd. ff. de V. S.* (4.) in ſenſu *ſtrictiori alienorū* prædio-

rum

Digitized by Google

rum *colonos*,quorum proprietariis ipſi, cætera non unius conditionis exiſtentes, operarum in ſuper hominii vel aliô vinculô utplurimum tenentur, Leibeigne/ Pfacht-Lehen-Dienſtpflichtige Leute / quos ſolos patriô ſermone, Bauren / lexica vulg. *ruſticos* vertunt, dici ſerviſque priſcorum Germanorum ſimiles putat Phil.Cluver. *lib.1. G. A. c. 15. in fin.* (5.) omnium *uſitatiſſimè* liberos fundorum *propriorum* quoque *colonos*, ſive per ſe opus ruſticum ſive per alios faciant, qui neque *nobiles* neque *cives* ſunt,wed' Edel-noch Bürgerlichen Standes /ſond'n Baurē/& infimū ferè inter ſubditos ſeu civitatis membra locū occupant.ita Bauren ſ.*ruſtici* accipiuntur in R. Ordn. *de Ann.1500.rubr.*wie Bürger und Bauren ꝛc.Policey-Ordn. *Anno 1530.*ubi hæc Imperii ſubditorum extat ſeries; von Bauers-Leuten auf dem Land. von Bürgern und Innwohnern in Städten/Kauf-und Gewerbs-Leuten/ſo vom Raht/ Geſchlechten oder ſonſt fürnehmen Herkommens ſind.vom Adel. von Doctorn. von Graffen und Herrn.eandem ferè invenies in *ordin.Polit. de Anno 1548. & 1577. & paſſim in edictis & Conſtitution. Principum:* unſern &c. Bürgern/ Bauren &c. Obſervandum autem in Germania, præter *mediatos*, alicubi E.g. (in Friſ. Orient.) *juris Comitiorum provinc.* participes, ad patricior, dignitatem aſſurgentes, *inſignibus equeſtr.* conſpicuos & *prædia* ad inſtar nobilium *libera* poſſidentes &c. etiam *immediatos* reperiri *ruſticos*, freye Reichs-Bauren ; & hos quidem in partib. Francon. March. Brandenburg. Principatu Elvvang. zu Suffelheim/ Galramſtein/ Gamb/ Megles/ uff der Leutkirchner Heide &c. *add.*Pacif.Oſnabr.*art.5.§.2.* ubi *pagorum immediatorum*, der immediat. Dorffſchafften/ mentio

§. 13. Ubi ex mentione *doctiſſimi viri* unum occurrit, quod cùm quoque ad univerſam iſtam doctrinam ſpectet, ſiccô pede tranſeundum non videbatur, pro ſententia ſua ille *d.c.32.lib.1.Oecon. Leg.*. ſic tandem ratiocinatur: *An enim majori, an æquali, an minori feudum concedet ruſticus? ſi majori, ſic vaſallus potentior erit domino &c. ſi æquali? ſic quoque par in parem non habebit imperium. &c. ſi minori? nullum habet niſi ſervum. &c.* Primùm non dicemus, quâ re *major minorvé* intelligatur, haud ſatis exprimi determinariq;. *potentiæ* certè & *Imperii* tantùm fit mentio. an igitur ei, qui *dignitate* aut *honore* par majorvè, feudum rectè concedi ratus eſt D. Gryphiander? ipſa verò *propoſitio*, ſalvis *juris* noſtri *feud.* principiis, tolerari nequit. his ſiquidem certum & ubivis receptum eſt, non modò æquali, ſed & majori, quà *dignitatem* quà *potentiam*, feuda rectè conferri. *vid* Gœdd. *in Reſp. de Baron. vallend. n.504.* Arniſ. *lib.1. de jur. maj. c.5. n.2. ſeqq.* Schrader. *p.4. de feud. c.3. n.10.* Knichen. *de Sax. non prov. I. verb. Ducum. c.6.* Kyllinger. *c.16. de Ganerb. Caſtr. n.13.* Exempla, literarum inveſtituræ quib⁹ minor inveſtit majorem, reperies in der Gräffl. Stolberg. *Deduct.* wegen Königſtein &c. in Beylagen *n.33. & 34.* ubi dominus vaſallum ſuum vocat ſeinen gnädigen Herrn. Quod ſi quis *Imperiô* vel *jdictione*, ſive feud. ſive aliâ, *ſuperior* ſit, quid obtineat, jam *ſup. c.6. §.8.* attigimus. Durum ſanè videtur, habere dominum, qui ipſe tibi ſubjectionis vinculô ſit obnoxius. niſi & hîc fictio illa, quâ unus plurium perſonarum inſtar obtinet, aliud ſuadet, *confer. ſup. c.7. §.7.*

§. 14. Pro coronide hîc obſervamus mitas, uti omnium humanorum, ita & *juris rerumq; juridicarum* vi-

ces. *venationum* olim promiſcuus uſus & promiſcua omnibus, nec infimis è plebe exceptis, licentia: feras, etiam in alieno, veſtigare, perſequi, capere, captas retinere, diſtrahere &c. liberrimi res erat ac cuivis è populo relicti arbitrii. Hodie venandi jus parum abeſt, quin inter ſacroſancta majeſtatis jura collocetur; regalibus certè nonnulli dudum accenſuere. prorſus aliter ac in feudis uſuveniſſe deprehendimus. quæ conſtituere priſcis temporibus nemini, niſi magiſtratus creandi bellique poteſtatem habenti, liberum erat: verba ſunt D. Vulteji, quæ ſua fecit D. Cancellar. A. Gothofr. *2.F.2.lit.a.* & nos noſtra facere nihil hæſitamus. Cùm hodie feudi jus promercale redditum & ad ſimilitudinem aliorum privatorum in re jurium, pignoratitii, emphyteutici & redactum fuerit, prout jdictionis & aliorum quorundam jurium, publicorum olim & commercio exemptorum, ſors non multùm diverſa fuit. Ita ſurſum deorſum res humanæ feruntur, nec, quæ nativa conſtanſque earum indoles eſt, poſſunt aliter, ut tantò magis fruſtra ſint oporteat, qui ſuperſtitioſâ antiquitatis veneratione capti, ipſum rerum actum uſumque nullô velut honore; ſed unicè in deliciis habent, hodieque omnia ad priſcas leges exigere iisque præſentes aptare mores ſatagunt. quam in rem egregia ſunt, in quæ poſt hæc ſcripta forte fortuna incidi, *cordatiſſimi ICti & viri Magnif.* D. Mevii verba *in tr.* vom Zuſtand und Abforderung der Bauers-L. *&c.* (ubi itidem ruſticorum conditionem & differentias perveſtigat) *q.1. n.2.* Wie aber der mehrer Theil derer/ *inquit*, ſo den Titul eines Rechts-Gelährten ſich anmaſſen/ der Unarth iſt/ daß wan ſie von denen Dingen und Gewonheitē/ ſo in Teutſch-

Land

Land ſich heutiges Tages begeben/ urtheilen ſollen/auff des Römiſchen Reichs vor Alters gemachte Satz-und Ordnungen alleine ſehen/dabey aber vergeſſen/daß die Zeitt/und mit denenſelben alle Dinge veränderlich ſeyn/ darumb zum offtern weit verfehlen und ſich ſtoſſen / ſo geſchihet daſſelbe auch in dieſer materie, ſo die Bauersleute/ die man zu dieſen Zeiten findet/ angehet / denen viele alles ohne Unterſcheid/ was man *jure veteri Romano* &c.

§. 15. Iterum *ruſticorum* oblata mentio de illa Ddum quæſtione admonet: ſi *feudum nobile ruſtico* fuerit conceſſum, *utrum hic* ex eo reddatur *nobilis*? ubi dubitandi rationem non injuriâ deſideret, nobilitatem non glebæ pretium ſed virtutis præmium & præmiorum in rep. diribitricis Majeſtatis beneficium eſſe qui cogitet, ſi quis ſuperat. Sed *proh dolor*! (querelam recitamus Philippi Cluveri, *viri majorum ſuáq; virtute nobiliſſimi, lib. 1. Germ. antiq. c. 15.*) *nos jam in ea incidimus tempora, quibus etiam indigniſſimi homines in ſacrum illum, & maximè venerandum ordinem, non modò admittuntur, ſed ultrò adſciſcuntur: non tam vanitate eorum, qui eum honorem conſequi cupiunt; quàm ipſorum principum aviditate, qui leviuſculi cujusdam compendii gratiâ perditiſſimis etiam ſæpe mortalibus eum indulgent. Tulli Romanorum Regis ad Fufetium Albanorum Regem hæc refert Dionyſius verba, lib. III.* Magiſtratus, & ſenatoria dignitas, cæterique honores deferuntur apud nos, non iis, qui amplas poſſident opes, aut longam majorum indigenarum poſſunt oſtendere ſeriem; ſed *iis, qui talibus honoribus ſunt digni.* nullâ enim aliâ re, quàm virtute, mortalium nobilitatem conſtare ducimus. *Hæc equidem ori adſcribuntur, gentili, veriq;*

Dei ignaro. à qua mente quam longè nunc (proh dolor) nos Chriſtiani abſumus? Nam multis in locis, non modò nobilitatis titulus, quod modò dixi, ſed & Magiſtratus, & ſenatoria, judiciariaq́ dignitas, & reliqua reipubl. munia, non ſolùm bonis, ſed improbiſſimis etiam hominibus pretiô venduntur. in tantum à veteri illa vera nobilitatis exiſtimatione receſſimus. Quid tu heic in judiciis, quid in reliquis reipubl. partibus, ab animis tam corruptis, tamq́ vitioſis fieri cenſes? &c.

Quicquid verò de nobilitationis *juſtitia* vel injuſtitia ſit, deq; cauſis ac genio *veræ* nobilitatis; certũ eſt, *domi*ſa ltẽ & *civiliter* nobiles (ſic alios *moraliter*, alios juridicè ſeu *civiliter* prodigos, juſtos, &c. dicim⁹) non tantùm expreſſis verbis, ſed etiam *tacitè, dato* aliquô vel *factô*, toties effici, quoties id egit Princeps. Et igitur illos quoque, ſi quos de *feudo nobili*, nobilitandi tamen *conſiliô*, quod quidem, ſi *regale* eſt feudum, præſumitur, *vid. II. F. 10.* Princeps inveſtivit. *Principem* autem non intelligi alium, quàm qui *hoc genus dignitates & axiomata concedendi gaudet poteſtate*, res ipſa monſtrat. ita ferè rem hanc conſiderant tranſiguntq́ue poſt Tiraquell, Vult. *qui & confer*, in *I. F. 8. n. 16. ſeqq.* Obrecht. *& al.* Bocer. *c. 3. de inveſt. n. 152. ſeqq.* Choppin. *lib. 3. de privileg. ruſt. c. ult. p. 341.* Nolden. *c. 5. de nobil. n. 52. ſeqq.* Limn. *lib. 4. Notit. Franc. c. 1. lit. ll. & ſeqq.* Poteſt tamen, ſi legibus vel moribus ita receptum, quælibet feudi poſſeſſio ſ. acquiſitio, utcumq; inferior aliquis inveſtiverit, eundem producere effectum. communi autem *jure feud.* tale quid conſtitutum eſſe, ceu ex parte autumat Bocer. *d. c. 3. n. 156. & 158.* nos aſſerere non audemus. *add.* Vult. *d. c. 8. n. 17. & 20. ſeqq.*

Digitized by Google

20.ſeqq. Nolden. *d.c.5.n.65.ſeqq.n.82.ſeqq.* quemadmodum nempe & per alios privatorum actus, non tantùm S. Principis interveniente auctoritate, ſed & abſque ea, nobilitas quæritur, puta per collationem & ſuſceptionem officiorum, dignitatum, magiſtratuum, &c. per matrimonium, arrogationem, adoptionem &c. Quamvis omnis hæc non unius modi ſit nobilitas, nec ſemper toti *generi*, ſanguinis jure ad poſteros tranſitura; ſed interdum *perſonæ* duntaxat competat: iſtam *perſonalem*, illam *realem* vel *familiarem* vocare poſſes. quæ quidem *poſterior* plerunq; *merè civilis* eſt, & in præſenti articulo, ubi ſc. ex *rerum poſſeſſione* repetitur, imprimis cogitari debet: ceu quoq; ſubantea innuimus. *altera* enim, ſolâ uti virtute ejuſque poſſeſſione ſtat caditque, vivit moriturque; ita ad alios, utut ſanguine ſatos eôdem, migrare neſcit eadem; ſed alia ipſis & aliâ virtute virtutiſvé poſſeſſione quærenda relinquitur. nec credo in mentem cuiquam unquam venit, poſſe feudi collatione virtutis ſive togatæ ſive ſagatæ laudem & claritudinem conferri, v.g. equitem, Ritter/Doctorem &c. quem effici.

De quo igitur *nobilium* genere quæſtio noſtra ſit, liquere arbitror. Sed *ruſticos* quoſnam intelligimus? rerum ſanè verborumque ſeries jubet, ut *ruſticorum* vocabulô, *familiarē nobilitatem* nondum adeptos, omnes comprehendi poſtulemus. non ſecus ac in Gallia non modò *ruſticos*, ſed, quoſcunque alios *ſtemmatum luce non illuſtres* nec vel togâ vel ſago *militantes*, *villanos, vilain*, quaſi *viles* dicas, paſſim nuncupant. Choppin. *d.lib.3.p.338.* Loyſeau. *ap.Limn.5.Notit.Franc.c.1.lit.m.add.* Obrecht. *I.F.5.n.26.* ubi de eadem re agens, *ruſticos,*

cos, cùm *nobilibus* natis, tum *viris patriciis, doctorib'*, militum præfectis, &c. opponit &, ſi his *feudum nobile* datum, in dante animum *nobilitatem realem* largiendi vel maximè præſumi docet.

Si temporis juſtitutíque ratio pateretur, ex dictis fœnerari lucem aliquam tentarem' iis, quæ Sciopp. & alii de *barbarica nobilitate* habent, quæque vulgò de *Doctorum nobilitate* & *nobilium prærogativa* diſſertantur. Nobis quidem, ut unum hoc addamus, mirum haud videtur, eam nobilitatem, quæ & durabilior eſt & avitarum propriarumque opum ſplendore collucеſcit & utrôque hoc nomine verendam ſe potentemque oſtentat, præ cæteris ſpeciebus, ſaltem quoad externa honorum emblemata, jampridem obtinuiſſe principatum. minùs etiam mirum id videbitur, cui ſapiet illud hominis non rudis, nec imperiti, ſed literarum ſatis gnari, & quidem Theologiam profeſſi: (verba ſunt ſuprà laudati Cluveri, qui cum illo homine ſuper nobilitate Germanica ſermonem contuliſſe &, quod ſequitur, reſponſi accepiſſe ſcribit *d.c.15.*) *hominem tenuis fortunæ, licèt aliàs ſanguine virtuteq; nobilem, cuiquam opulento præferri, iniquum eſſe.*

§. 16. Quæri hîc poſſet: quis propriè *dominus* intelligatur & ex quo tempore? Et cum *dominus* à *dominio*, conf. *§.1.1. de I. perſ.* non tantùm nomine tenus dicatur, ſed & realiter, h.e. ut is demum propriè ſit dominus, qui *directum rei feudalis dominium* plenè acquiſivit: palam eſt, non *promiſſione* feudi, ſed ipsâ *inveſtiturâ*, utpote dominium & vaſallo *utile* & ſeniori *directum* tribuente, *vid. ſup. c.4. & 5.* dominum quem effici. An igitur

tur nemo dominus, niſi qui inveſtivit; & contrà nemo vaſallus, niſi qui inveſtitus eſt? ſic quidem videtur. Aſt de *ſucceſſoribus* domini vaſalliqne quid dicemus, iis puta, qui inveſtituram nondum vel dedére, vel accepére? *vulgares* ſ. communes *dominos* vel *directos* vel *utiles* qualescunque agnoſcere illos utique licebit; non etiam *ſeniores* & *vaſallos*, ſ. dominos *feudales* utiles & directos; propter deficientem hujus *peculiaris qualitatis* cauſam efficientem peculiarem. *reſpic. ſup. c. 4. §. 10 c. 5. §. 7. & 14. c. 6. §. 1.* ſecundùm quæ accipi debet & temperari, quod ex Vult. *1. F. 9. n. 25.* generaliter docetur in *C. P. Giſſ. de S. R. R. vol. 1. D. 2. θ. 11. D. & Diſp. 7. θ. 18. 1.* Succeſſione *dominium* & *poſſeſſionē* (intellige jus apprehendendi poſſesſionem) tribui. Nimis itidem generale, quod ſequitur, *ſucceſſores in feudis*, utpote *jus quæſitum inveſtituris majorum jamdum habentes, illa non tam acquirere, quàm conſervare*: ac proinde legitimum *ſecul Electoratus ſucceſſorem*, necdum licèt acceptâ Cæſ. inveſtiturâ, *jura Electoralia*, non ſecus ac ſi inveſtitura interceſſiſſet, *exercere poſſe*. Hâc enim ratione in *Eccleſ. Elector. ſucceſſoribus* idem foret ſtatuendum; cùm tamen in *d. Diſp. 7 θ. 7. lit. F. & ſeqq.* aliud ſtatuatur. Sanè DN. Joh. Helvicus Sinold. cogn. Schütz *olim in hac Acad. Anteceſſor, hodie Conſiliar Imp. Aul. Vir Illuſtris, &c.* in *Eccleſ* quoque *Electoribus* inveſtituram Cæſ. *non adeò præciſe requiri*, ſcribit in *comm. mſ. jur. publ. lib. 1. tit. 6.*, ut non, *ante eam*, ad munus ſuum adminiſtrandum electi *quandoque* admittantur. *& ita*, addit Vir Magnus, *nuper obſervavimus, Electores Mogunt. & Trevirenſem Regis Rom. electioni & inſecutis Comitiis interfuiſſe, nondum tamen inveſtitos. etſi Trevirenſem indul-*

tum

CAP. IX.

§. I.

QUibus res in feudum data ſeu qui utile dominium feudale ſibi acquiſiverunt, vaſalli ſunt. *confer. c. præced. 8. §. ult.* aliàs dicti *milites*, *Clientes clientuli*, *fideles*, *beneficiarii*, *feudatarii*, *homines*, *ligii* vel *legii*, *homines ligii*, *homologi*, *tenentes*, *&c.* loca *in uſib. feud. & al. ſcript.* paſſim obvia. olim fortaſſis quoque *Comites*, *devoti*, *ſodales*, *ſatellites*, *familiares*, *vid. ſup. c. 2. §. 6. c. 3. §. 8. & 9.* item *Soldarii* vel *ſoldurii*, quaſi *ſolidarii*, h. e. *milites* ſtipendiarii ſeu certis *ſolidis* menſtruis conducti: cujus ult. appellationis in feudo *Soldatæ* & hodiernis Söldnern/ Doppel-Söldner/ Soldaten/ &c. ſive veſtigia ſive documenta ſuperant. *add. d. c. 2. §. 6. & 5. & c. 4. §. 1.* Cluver. *I. G. A. c. 8.* Barth. lib. *11. adverſ. c. 20. & lib. 40. c. 17.* denique *famuli*, *miniſteriales*, uti vult Voſs. *3. de V. L. S. 26.* & *Barones*, à *Ber* (quod fortè ex German. Herr/ ſic *liber baro*, Frey-Herr;) tractô nomine: *vid.* Limn. *4. I. publ. c. 5. n. 1. ſeq. & lib. 4. Notit. Franc. c. 13.* Voſs. *lib. 2. de V. L. S. c. 3. & 17.* Spelman. *Diatrib. de Baron.* Sommer. *in Gloſſar. poſt ſcriptor. Angl. Seld. V. Baro.* niſi malis à Germ. Bahr h. e. tüchtig/ veſt/ tapffer/ unde *Bardi* vocati illi Poëtæ, qui *virorum fortium* facta canebant; & alicubi etiam *nobilium inſignia* cuſtodiebant.

Digitized by Google

War, 5. *antiq. Hibern.* Hinc & *compoſita* mann=ehr=acht=vogt=wunderbahr &c. *jung.* Beſold. *theſ. pr. lit. F. n. 52.* Gryphiand. *de VVeichbild. c. 46.* Harſtorf. *Diſq. 11. Phil. Germ.* §. 8. quæ derivatio rei præſenti vicinior, quàm ſi ab ead. voce Germ., Bahr/ quaten. ea *nudum* vel *vacuũ*, leer/ frey/ uti in Mundbar/ Baarhaupt/ Baarfues. &c. Beſold. *lit. m. n. 78.* ſignificat, origo repeteretur. in quo ſenſu *ſervus* aut infimæ conditionis homo alius itidem *Baro* dicitur in L.L. Alam. *c. 95. §. 2. ibi:* Baroni *vel ancillæ.* Lindenbr. *Gloſſ. v. Barus.* ex Bar autem pari ratione factum *Baro*, ac ex der/ dero/ ihr ihro &c. Apparet ergò *Baronis* æquare vocabula *viri, hominis* &c. proindeque, uti homines, ita & *barones* eſſe *liberos* vel *ſervos*. conf. LL. Longob. *lib. 1. tit. 9. §. 13.* ibi: *Barone libero* vel *ſervo*. Adeò ut & hodie illi Comitibus proximi magnates, vulgò Freyherrn/ non ſimpliciter *Barones*, ſed cum adjecto *liberi Barones* ſalutari ament.

§. 2. Germanicè olim vocabantur Knaben vel Knapen/ (quo Anno 1470. adhuc uſum reperio Chriſtianum I. Regem Dan. in diplomate quodam apud Lambec. *2. rer. Hamburg.* ibi: Dat alſo wi mit den düchtigen Knapen/ Claws Ranzouw/ Detleve von Bockwolde/ Godzick van Ancvelde &c.) Knechte/ Truſten/ Druden/ à Tröſter/ trauten/ treue &c. V. Voſſ. *d. lib. 3. c. 34.* ubi *ex antiq. capitul. ad A. 818.* hæc verba recitat: in comitatu *Drudorum* & *vaſſorum*. D. Mejer. *de vindic. feud. n. 11.* Mager. *de Advoc. arm. c. 2. n. 241. ſeq.* &, ni fallor, quoque Degen/ Thegan, *Thanus*, Tegnio, Somner. *d. voc. Baro, & v. Tegnio. Thaynus.* Metic. Caſ. *de ling. Saxon. p. 232.* à dona/ denen/ deinen/ *miniſtrare*, quaſi *miniſteriales*; Deenſtmänner

enim

§. 11. Nunc videamus de reliquis & quidem inferior. vaſallorum ordinibus ſeu ſpeciebus. Equidem nomina *miniſterialum, militum, baronum, theinorum,fidelium,ligiorum,* Schálcke/ Knechte/Knaben/Degen &c. non minus quàm vaſallorum, Lehn=Männer/omnibus ac cujuſcunque gradus ac fortunæ beneficiariis communia olim fuiſſe,hodieque ex parte eſſe videntur. *confer. ſup. §.1. & ſeq.* Sic *miniſteriales* tàm latè,& latius quoque pro *ſervis* aliisque *miniſtris non vaſallis*, aliquando acceptos fuiſſe,ex locis vett. Scriptor. à Goldaſt. *tom.1. rer. Alam.p.1. in Burckh.c.8.* Lindenbrog. *Gloſſ.v. miniſterialis.* Voſſ.*lib. 3. de V.L.S.c.26.* collectis manifeſtum eſt. Deinceps ad ſolos *officiales* ſ. *officionatos* reſtringi hoc vocabulum & *miniſteriales* non niſi qui officiis, *in §.præced.* memoratis, aut ſimilibus, v.g. Reichs=Fenderich / Reichs=Jägermeiſter/ Reichs=Erb=Schultheiſſen / (*quomodo antiquitus di-*

dictos fuiſſe Landgravios Haſſ. relatum mihi eſt, ſcribit Sprenger. *in Luc. Stat. Imp. p. 149.*) Reichs-Schultheiſſen/ Reichs-Vögte/ Reichs-Quartiermeiſter/ Reichs-Dieck-meiſter/ *architecti maritimi S. Rom. Imp.* Reichs Erb-Kammer-Thor-Hüter/ Erb-Hoffmeiſter/ Erb-Küchemeiſter/ &c. Item recentiora, Ertz-und Erb-Schatzmeiſter/ Reichs-und Erb-Poſtmeiſter/ *confer.* Limn. *ad lib. 4. j. p. c. 7. in fin. & ad A. B. c. 27. §. 6. obſ. 28. & praecedd.* præſunt ac funguntur, dici cœperunt, aliisque *vaſallis* opponi vet. linguâ Gall. & German. *Ambacti*, Ambächten; unde & hodie eodem ferè ſenſu manſere Ambt/ Erb-Aembter/ *ambaſſiatores*, Beambten/ Bediente/ Ambt-und Dienſtleute/ V. R. A. zu Augſpurg *de anno 1500. tit.* von der überflüſſigkeit der Kleider. *verſ:* doch ſoll dieſer Articul Fürſten/ Prälaten *&c.* mit ihren Ambt-und Dienſt-Leuten *&c.* Goldaſt. *d. l.* Cluver. *l. G. A. c. 8. 13. & 41. in fin.* Harsdorf. *diſp. 10. Phil. Germ. §. 14.*

Et hôc crediderim in ſignificatu *Arem. de benef. in praeced. §. alleg.* (cui ſubſcribit Freher. *in not. ibid. & ad Andlov. 2. c. 12.*) vaſallos eſſe negat *miniſteriales*, reſpectu habitô ad ea tempora, quibus *officia* hujusmodi nõdum, ut cætera feuda, ſub *juramento vaſallagii*, Lehens-Pflichte/ & in perpetuum, ſed ſub *juramento familiaritatis*, Dienſt-Pflichte/ (de quo etiam in *II. F. 8. §. ſi verò*) & ut plurimũ ad vitam concedebantur, ut proinde eâ ratione *miniſteriales* pro vaſallis, quales quidem nunc habemus, habendi non ſint. *arg. I. F. 25. II. F. 10. verſ. quia ibiq́.* Affl. *n. 26. Iſern. n. 3. ſeq. &c. confer. ſupr. c. 2. §. 1. & §. 6. c. 3. §. 8. c. 4. §. 2. & 4. c. 5. §. 17. & 4.*

Idem ferè uſu venit vocabulo *militum*, generali aliàs,

Digitized by Google

interim proprio facto *equitibus*, Rittern. ita nuncupatis à peculiari *dignitate*, quæ uti cum *vaſallagio* nihil commune habet, ita nec *illuſtribus* quidem omnibus, nedum *nobilibus* competit; ſed inſtar doctoriæ dignitatis obtinet eique ſæpe (Not. in Gallia *equites* alii *armorum* alii *legum*. Limn.4.*notit: Franc.5.*) aſſimilatur. d. R.A. zu Augſpurg *de anno 1500.d.tit.verſ.* und ſonderlich ſollen die von Adel/ſo nicht Ritter oder Doctores ſeind/ Perlen oder Gold in ihren Hembdern oder Bruſttüchern zu tragen abſtellen &c. Doch mögen die vom Adel / ſo Ritter oder Doctores &c. item. Bürger in Stätten/die nicht von Adel/ Ritter oder Doctores &c. Limn. *lib 6.j.publ.c.2.n.1.ſeqq.* Nolden. *c.3. de Nobilit.n.63.ſeqq.& c.6.n.27.ſeqq.n.66.ſeqq.* VVaræ. *antiq.Hibern.c.19.* Hoping. *de j. inſign.c.2.n.528.ſeqq.n.512. ſeqq.c 22.n.116.* Lambec.*2.rer.Hamburg.n.17.* Sic *Caſpar. Schlickius, propagator illuſtr: Comitum à Schlick &* Paſſau *&c. Ducali matrimonio illuſtratus, trium Cæſarũ Cancellarius, vir rariſſimæ laudis,* (quæ verba ſunt Æneæ Sylv. *de morib. Germ: p.m.1034.*) & alii nominib. ſuis adſcribere ſoliti ſunt: *Doctor & miles.* Germ. *Doctor* und Ritter. Vtrique etiam appellatione *Dominorum*, Herrn / præ aliis quondam honorati, qui mos nec hodie ubivis deſiit; niſi quod ſtylo curiæ pro Herr magis placuerit vox Ehr; reſpõdens contracto *domnus*, quô poſteriora ſecula pro *dominus* uſa *perſonas eccleſ. dignitate* fungentes appellârunt. Barth.*29.adverſ.19.* Voſſ: *2.de V.L.S.c.1.& lib.3.c.10.* Lambec. *in not.ad Guald.de vita S.Anſchar.c.46.verſ.7.*

Cæteris *vaſallis* genere quidem equeſtri natis, ſed *militari* iſtâ dignitate non ornatis, nomina *famulorum, miniſterialium*, Knechte/Knaben/Schälcke/EdelKnechte/ Adel-

Adel Schälcke / aliàs quoque *communia*, itidem *propria* effecta quam in rem innumera è vet. tabb. & chartis documenta præſto ſunt. locus notab. extat *in diplomate de anno 1357: ap. Meibom. ad Levoldi origines Marcan. fol. 40.* ibi: Teſtes hujus rei ſunt Geverhard. & Burchard. de VVerberge, *nobiles*: h. e. Barones, Lippold. de VVreden, & Baldevvin. de Dalen, *Milites*; Henr. de Veltheim. & Burch. de Aſſeberg, *Famuli.* add. Freder. à Sande *tr. prælim. in conſuet. Geldr. c. 3. n. 9. ſeqq. & c. 1. n. 21. ſeq. ſupr. §. 2.* Beſold. *th. pr. lit. A. n. 18. lit. S. n. 67.* Hoping. *c. 22. d. tr. n. 114. ſeqq. & n. 122.* Nold. *c. 6. d. nobil. n. 70. ſeq. & c. 1. n. 73. ſeq.* Harsdorf. *D. 11. Philol. Germ. §. 2. & 33.* Lambec. *d. n. 17. in notis.* Nec aliud de appellatione armigerorum, ſcutiferorum, ſcutatorum, Schild-Knaben/ Wäpelinge/ Gall. *Exſuiers* &c. judicandum. *vid.* Freder. *ad* Andlov. *2. c. 11. fin.* Beſold. *d. n. 18. fin.* Limn. *lib. 4. Notit. Franc. c. 4.* Hoping. *c. 9. de j. inſign. n. 29. & d. n. 67. d. c. 2. n. 512.* de vocibus *thainorum* & *baronum*; hôc *eôd. c. inſpic. quoq. Crag. I. F. 11. p. 78. de ligiorum ſ. legiorum*; *ſupr. c. 3. §. 8. de vaſallorum, c. 3. §. 6.* diximus.

§. 12. *Nobiles* ſubantea interpretabamur *Barones.* Nam *G.* & *B.* de *VVerberge*, poſtea *VVarbergk*, fuere *liberi Barones* Saxonici; ex quorum illi familia *D. VVolf. Gebhardus*, liber *Baro in VVarbergk &c.* anno hujus ſeculi undecimô *de natura jurisprud.* eruditum diſcurſum conſcripſit. Imò ſunt, qui ne quidem *nobilium*, *Adelingorum*, ſed *Frilingorum* duntaxat nomen ad *Barones* olim pertinuiſſe autumāt. *v.* Docum. rediv. VVürttemberg. *in Monaſt. Adelsb. p. 27. lit. d.* D. VVinckelmann. *l. 1. Notit. VVeſtphal. c. 12. n. 24. ſeq.* Sic hodieque in Diplomatib.

Cæſar. &c. *Barones* ſtylô ſolenni appellitantur *liberi*, Freyen/in *ſalutatione conſueta*: Wir Leopold *&c.* entbieten allen uñ jeden &c. Grafen/ Freyen/ Herrn/ Rittern Knechten &c.

Et videtur hæc *nobilium* appellatio certum inter *vaſallos* gradū ſ. peculiarem *ſpeciem* illâ tempeſtate deſignâſſe potius, quàm *honorarium*, quem vulgò dicimus, *titulum*, Ehren-Titul oder prædicat, fuiſſe. facitque quòd nomini cognominique poſtpoſitus reperiatur, cùm *honor*. iſti *tituli* conſueverint præponi. &c.

§. 13. De cætero autem titulus *nobilium*, Edel/ in tanto fuit honore ac pretio, ut ſuo eum dignitatis culmini congruum ſatisque amplum ipſi *Duces* ac *Principes*, nedum *Comites* & *Barones* putaverint; etſi poſtea *Baronibus* ſolis relictum. Allein die Freyen haben ihren alten Titul/ Edel/ behalten / welchen Titul noch bey unſern Zeiten ein jeder Edel-Knecht (*nobiliumné*, an *nobiles* ſervos? *priorem* certè interpretationem hic locus comprobat. *add.* R. Reinecc. von des Adels Herkommen &c. *fol. 144.* ibi: Edle Knechte haben daher dieſen Namen bekommen / daß ſie dem Herrn/ h.c. *Nobilibus, eô tempore ſic dictis*, in Krieg *&c.* mit Dienſt verpflichtet geweſen *&c.*) haben will / verba ſunt Münſteri *ſ. Coſmograph. c. 21. add.* Cranz. *lib. 3. metropol. c. 11.* ibi: *&* (*quod eſt arrogantius*) *qui olim Miniſteriales dicti fuerunt aut feudatarii*, Dienſt oder Lehenmänner / *nunc ambiunt dici* nobiles. *ſed coarguit eorum ſuperbiam uſus Principalium ſcribarum, & omnium rectè diſcernentium munera* graduum *ſingulorum*. *Primi enim* Barones *inter* nobiles *deputantur, indè* liberi Domini, *poſtea* Comites, *indè* Duces, *quos appellat Papa* nobiles *viros*. *Quid patitur* miniſterialis, *ut in hac* nobilitatis *appellatione coæquari quærat*

Duci? *& lib.1.c.2.*ibi: miniſteriales, *qui nunc* militares *appellantur, etiam* ſublimius nomen *ex miniſterialibus, nunc aucupantes,* Nobiles *ſe dici volunt. cùm ſit* infimus Nobilium gradus *in Baronibus.* Lehemann. *lib.2. Chron. ſpirenſ.c. 14. & 19.* Rittershuſ. *partit feudal. in prolegom.* Freder. à Sande *d. tr. prælim. c.3. n.6. ſeq.* Caſpar. à Lerch. von den Reichs-Ritterl. Adel *&c. p.1. fol.5. ſeqq.* Meibom. *vindic. Billing. p.15. ſeq.* Pauermeiſt. *lib.2. de jdict. c.11.* Beſold. *&* Harsdorf. *ſup. alleg. loc. Nolden. c.1. de nobilit. n.56.59. & ſeqq.* Höping. *d.c.22. n.112. & ſeqq. n.2. ſeqq.* Lambec. *2. rer. Hamburg. n.383. in not.* ubi putat, *titulum*, Edel/ *magis honorificum quàm*, Hochgeborn/ *olim fuiſſe.* prout & hodie in reſcript. Cæſar. Ehrſam/ præponi titulo, Wohlgebohrn/ videmus.

Quinimò *Curiæ Pontif.* ſtylus, cujus *Cranzius* meminit, etiam nunc durat, *Principes* & *Duces*, eosque ſolos, non etiam Comites & Barones *Nobilium virorum* ornans titulô: ceu ex *Decretalib.* & aliàs editis *P. P. Rom. epiſtolis* in propatulo eſt. *vid. Epiſtolæ Pii V. PP.* à Fr. Goubau *public. lib. 1.2.* (in cujus *lib. Epiſt. XIV. & ſeq. Anno 1567. die 21. Mart. ſcriptis*, D. Henricum Julium, Ducem Brunſvic. & Lüneburg. m. m. *nobilem puerum* vocat Pontifex eique, infantili ætate, ad Epiſcop. Halberſtad. *poſtulato* confirmationem denegat. quam tamen eidem, utut *Epiſcopo Lutherano*, ſi credimus *Burgoldenſi*, id tanquã memorabile quid memoranti *in not. rer. Imp. p.496. edit in 8.* poſtea impertitus eſt.) *& ſeqq. paſſim.* ubi *& magno Duci Florent.* ipſisque *Auſtr. Archi-Ducibus* non majorem, *Comitibus* & cæteris nullum *honor. titulum* à Papa datum, *Senatores* autem & *Palatinos* Polon. &c. *Principibus Ducibusq;* hâc re exæquatos cernes.

Ex

Digitized by Google

Ex *Aula* v. *Cæſar. Comitibus* & *Baronibus,nobilium* denen Edeln/*Principibus*,dem Hochgebohrnen vel Durchleuchtigen; *Doctoribus,honorabilium & doctorum*,den Ehrſamen/Gelehrten/(qui idem integris datur Statuum *Conſiliis* & *Curiis*; gantzen Kantzeley-und Hoff-Gerichten/niſi fortè ex *illuſtrium* ordine in iis aſſidentes majorem deſiderent) *regulariter* tribui ſolet. *Equeſtri* autem ſtemmate natis,quod *proprius* nullus,ſed *communis*, Unſeren und des Reichs Lieben Getreuen / à ſupremis Imp. Conſiſtoriis hactenus adſcribi conſuevit; fortaſſis priſca illa *miniſterii*, & *ſervitii feudalis*,utpote quâ etiam *Imperatoriis miniſtris* & *vaſallus* ipſi plerunque obnoxii, fecit conditio. quæ eadem cauſa videtur, cur non tantum ab Impp. *tibizentur*, novô *Malleoli* verbô uti liceat,werden gedutzet; (quod tamen cũ *Comitibus* & *Baronibus* commune habent. ſed & Principes Imperii,inque ipſos nonnunquam *Imperii Comites*, *vaſallos* tamen ſuos, maximam partem *tibizandi* illud jus exercent)ſed nec aliàs *dominorum*, Herrn / titulô afficerentur, (quod cùm aliis, *V.infr.§.20.*pronuper tamen mutatum) niſi id fieret,propter *eccleſiaſticam*, quã fortè ornati, aut *Equitis Doctorisq́.* dignitatem; utramq; *illi* quodammodo affinem.

Affinem eccleſiaſticæ dico. de *Equeſtri* id patet tùm ex ritibus, quibus hæc dignitas ab antiquo conferri ſuevit; *vid.* Joann. Sariſbur. *lib. 6. de nug. cur.c. 10. locus notab. vet.Hiſtorici* Ignulfi *extat ap.* D. Winckelm. *lib.1. notit. Saxon.c.6.* Jac. War.*c.19. antiq. Hibern.&c.* tùm ex eo, quòd ipſa nonnullorum *Equ. ordinum* Capita *Eccleſiaſticis* in Imperio *Principibus* ac *Prælatis* accenſeantur, puta Magiſter ordinis Teuton. Johannit. Commendatores,

 &c.

&c. der Teutſche Meiſter/ Johanniter Meiſter/ Land-und andere Commenthur &c. *Doctoris* autem ſtatum purè eccleſiaſticum quidem reputant. *vid.* Lenauder. *q. 29.* de Doctor. *p. 1.* ad cujus tamen argumenta reſpondet D. Walther *de St. Doctor. §. 49.* & verius eſt, eum communia duntaxat cum *eccleſiaſtico* multa habere, qualia ſunt *tituli* & alia. vid. *ſup. §. 11.* Nolden. *c. 5. de Nobil. n. 50.* VValth. *d. tr. §. 53.* quorum tamen traditis cautè adhibenda fides. Sed de *titulis* hiſce, coronidis quaſi locô, adjicim⁹ aliquid ex vet. lectura Odofredi *in 1. conſt. ff. rubr. 1. n. 9.* ubi inter alia inquit: *Or ſignori, &c. not. quoddam pulchrum contra ſcholares. quia quando ſcholaris eſt in terra ſua, & vult ſcribere Doctori ſuo aliquid, in ſalutatione ſua ſcribit:* reverendo viro, *licèt benedicat; tamen non honorat Doctorem ſuum, ſicut deberet: quia ſi eſt Doctor, deberet dicere;* illuſtri viro, Bonônn. docenti. *quia hic Imperator ipſos Doctores illuſtres vocat.* Vbi non *ſimplices Doctôres* ſeu *Doctorellos*, quos cum *Baldo* vocat *quorumq́; ſe unum eſſe* ait Felix Malleol. *c. 15. de Nobil.* ſed *præcellentiâ prædotatos* intelligi dixiſſet idem Malleolus; quales *ſuô tempore fuerint Barthol. de Salic. Ioh. de Immola, Petr. de Anchor &c.* inde etiam *in ſedendo* & *incedendo*, *ſecus ac priores, Equitibus præferendos:* id quod *ibidem vidi ſervari, dum fui,* ita pergit ille, *in ſtudio Bonon. de Anno Dn. 1420. & ſeq. quô generoſus Baro* (hæc auctoritas *Communem*, contra Dn. Böclerum, faciet *ſententiam*, illuſtriſſ. Limburgios *Barones* eſſe ſtatuentiū. *adh. verba* Cranz. *ſup. in pr. hujus §. adducta. &* Mall. *d. tr. c. 14. ubi Limpurgios & alios, ſemper-Frigen vulgò dictos,* Barôn. majores *vocat.*) *Dn. Albert. de Limpurg, S. Imp. Pincerna hæreditarius Eccleſ. Magunt. & Herbipol. Canonicus,*

in Conduct. Caroll.

eus,ibid. Doctoratus dignitate laudabiliter inſignitus eſt. Or ultra &c.

§. 14. Tandem de gradibus vaſallorum & eorum nominibus, jure feudali ſcripto comprehenſis, *Capitaneis* nimirum *regni* vel *Regis, Valvaſoribus majoribus* & *minoribus* ſeu *valvaſinis* &c. in *I.F.1.7.14.& ſeqq. II.F.10. ubi Interpr. comm.* & alibi in *commentar. Feudiſt.* paſſim agitur, *inſpic.* Magnif. D. Tabor *ad I.F.1.pr.p.41.ſeqq.*

§. 15. Spicilegii inſtar addimus. 1. *Capitaneos* à *capite* uti *Principes* à *primo* dici; ſimili quoque utriuſque vocis ſignificatu, *add.* Barth. *43. adverſ.c 20.* Nam *Capitaneos Reg.* interpretantur Duces, Marchiones, Comites, Barones. quos eosdem *Principes* vocari & in Comitiis Scamni ſ. *conſilii Principum*, Fürſtenbanck / Fürſtenrahts / re ac nomine participes eſſe conſtat. quamvis de cætero inter *priores*, ſc. *Duces, Marchiones*, & *poſteriores*, *Comites, Barones*, lata ſit differentia; inter *Duces* autem & *Marchiones* (idem verò de *Landgraviis*, *Burckgraviis* & reliquis *Principibus* eminenter ſtrictèque ſic dictis tenendum) nulla ferè niſi nominis. quâ ratione Fridericum Imp. in *II.F.55.* (fortè mendum eſt. nam in *d.t.55.* ſemper *Marchioni Dux* præpoſitus reperitur. in *I.* autem *F.14.* ante *Ducatum marchia* legitur. Sed parum firmi licebit ex hoc ſcripturæ ordine colligere, cùm eô etiam *comitatus Marchiam* præcedat in *I.F.13.*) *Marchiones* præponere *Ducibus* obſervat Dn. Tabor *d. l.*, & *Sereniſſimis Brandenburg. Marchionibus* plurimos locô *Duces* cedere quis ignorat? meritò igitur nonnullorum ex noſtris exploſa eſt ſubtilitas, qui *Marchionibus, Landgraviis* &c. ſimpliciter præferendos *Duces* contenderunt, & quidem quà ta-

les. *vid.* Parlador. *2. rer. quotid. c. 13. n. 1.* Limn. *add. lib. 5. jur. publ. c. 9. p. 875. in verb.* ungezweiffentlich vor allen Land- und Marck-Grafen (außerhalb des Churf. Brandenb. Hauſes) wegen prærogativ der Hertzogen für den Fürſten / die nicht Hertzogen ſeind *&c.* ubi tradita cautè accipienda eſſe, benè proinde animadvertit Illuſtr. DN. Schütz *Conſiliar. Imp. Aulic. in comm. mſſ. de j. publ. lib. 1. tit. 8.* pariter tamen candidè profeſſus, *Ducum dignitatem olim Regiæ proximam ferè fuiſſe.* Unde etiam Principes, *Regibus* ex iſto ordine præ cæteris *proximi*, cui tantum ſuum faſtigium ſignatura elogia conjungerent, *Ducis* nomen potiſſimè delegerunt; *Archiduces* Auſtriæ, cogita, *magnos Duces* Florent. Lituan. &c. Sic itē in *quaternaria Procerum* Imp. *diſtributione*, Ottonis quidem III. temporibus recentiore, vetuſtatem tamen redolente, (*Curialibus antiquis notiſſimam* dicit Felix Malleolus & *Caroli V. Imp. conſtitutioni* diſertè adſcribit in *c. 16. de Nobil.* quô teſtimoniô ſolidiùs, ni fallor, quàm Hieronymi Henning. auctoritate quali-quali, nam 40. quaſi annis ab exceſſu Caroli IV. in ſtudio Bonon. jam egit Malleolus, firmatur conjectura Eliæ Reuſneri *in Hiſtor. qq. illuſtr. 7.* Sanctionem de *Quatuorvir. Imp.* ad Carolum IV. referentis) primum quaternionem conficiunt quatuor *Duces*, Bavarus, Brunſvicenſis, &c. *Principes principaliſſimi* eâ causâ à Mall. & Andlov. *lib. 1. c. 16.* appellati: nuperque in *ſecularia feuda* verſos, *archiepiſcopatus* quidem Brem. & Magdeburg. *Ducatuum*; Hertzogthum Brehmen / Magdeburg; *Epiſcopatus* vero & *Abbatiam* Halberſtad. Mindens. Hersfeld. &c. *Principatuum* ſpecialiter ſic dictorum, Fürſtenthum Halberſtatt / Minden / Hersfeld &c. inſigniri titulis placuit. *Pacif. Oſnabr. art. 10. & ſeq.* *§. 16.*

Google

§. 16. Vt autem 2 hi *Capitanei* peculiartbus illis dignitatum nominibus, nempe *Ducum*, *Comitum* &c. noſci diſtinguiq; maluére, itidem *Capitaneos*, qui antea *Valvaſores maj*. ſeu Capitaneorum Reg. vaſalli, dici cœpiſſe, à Ducibus ſcil., Comitibus &c. de *plebe* vel aliqua *plebis parte* ſine *dignitate regali* inveſtitos. *1.F.1. & 14. 11.F.10. ibiq; Dd. & imprimis ill. Baro* Schenck. *&* Cujac. Sigon. *lib.7. de regn. Ital. Anno 973.* Quos quidem *Capitaneos* Baldus *in d.c.1.pr.verſ.ſunt & alii.* Alvarottus *in d.c.10. &* Afflict. *ibid.n.26.* Frecc. *lib.1. de ſubfeud. Bar. rubr.1.n.6. & ſeqq.* Malleolus *d.tr.c.14.* Boërius *ap.* Beſold. *th.pr. lit. F. n.52. &* alii interpretantur *Barones*; nec male: modò vox *Baronis* ex uſu accipiatur non *Imperii* noſtri, quô Barones paulò ante *Capitaneis regni* ſ. proceribus regali dignitate mactis annumeravimus; ſed *Sicil. Neapol. Hiſpan.* &c. pro vaſallo *nobili*, qui de *jurisdictione* ſ. *rectoria, poteſtaria*, & *adminiſtratione plebis*, quam & *Capitaniam* ſeu *Capitaneatus officium* vocant, *V.* Iſern. *in 11.F.10.n.2.3. & 4. ibiq;* Lipar. Afflict. *d.l.* inveſtitus eſt. nec alios *Barones*, ad cæterorum differentiam, *Sagibarones* à Sach/*lite, cauſa*, aliquando dictos, (*judices* nempe *in mallobergiis*, ubi *plebis* cauſæ diſceptabantur, à *Gravione* proximos. *Leg. Sal. tit. 56.*| Voſſ. *2.c.17.*) Baldus & cæteri poſt ipſum alleg. plerique intellexere. *vid. ill.* Schenck. *&* Beſold. *dd.ll.* Afflict. *in 1.F.1.c. 1.n.3. & 11.F.10.n.6.* ubi *Baroniam* eſſe quidem *nobile feudum* ait, ſed non *titulatum*, uti *Marchiam &c.* Sixtin. *1. de regul.4.n.49. & ſeqq.* Limn. *4. notit. Franc. c.13. lit. e.*

§. 17. Ex quibus omnibus apparet, tales hodie *Capitaneos* ſ. *Barones* eſſe, qui *omnimodam jurisdictionem*, Alle Obrigkeit und Gerichte/obtinent; ſive *officii* & admi-

niſtra-

niſtratoriô, cujus generis in terris *Saxon. Franc. Rhen. Haſſ. Mechelburg.* &c. retentô *Capitaneorum* nomine, ſuperſunt, die Hauptleuthe/ Ritter Hauptmann; ſive *feudi* aut alio quôdam *perpetuô* jure, quorſum referas licet antiquos Friſior. *Capitaneos,* quos vocat magnæque jampridem æſtimationis fuiſſe teſtatur Cranz. *lib. 11. metropol. c. 31.* hodieque eô nomine, der Häuptlinge/ ſibi placentes; nullô utcumque jure minùs, quàm feudi, id ſibi vindicantes. *vid.* Vbb. Emm. *lib. 2. rer. Friſ. p. 74. 75. 83. ſeq.* Hamelm. *2. Chron. Oldenb. c. 13.* Beſold. *th. pr. lit. N. n. 24.* D. Tabor. *de ſuffrag. pericop. 5. n. 1. & ſeqq.* Ita Malleolus *d. c. 14.* Barones & *Capitaneos* Germanicè vertit, Baner-Herrn/ *Banerettos,* q. d. *jus banni* habentes, aut *militari bannô* indictô cum ſuis miniſterialibus præſto futuros *confer.* Freder. à Sande *d. tr. prælim. c. 5. n. 7. ſeq.* Beſold. *d. n. 52. & lit. B. n. 8.* qui Baner-Herrn definit *jurisdictionem* maximè *ſuper.* den Blut-Ban *habentes.* Limn. *4. c. 15. lit. d.* Voſſ. *2. c. 3. p. 182. ſeq. & lib. 3. c. 3. p. 385.* ubi *Capitaneum* interpretatur *judicem* ſ. jus dicentem.

(Vnde emicans obiter notetur *nova* cauſa, *reſpic. ſup. §. 1. fin.* ob quam noſtrates *Barones*, utpote æquè ac Comites *regali dignitate* inſignes, à *Capitaneis* illis ſeu *Baronibus,* quorum *dignitas non eſt regalis,* uti ait Marinus Frecc. *d. lib. 1. rub. 1. n. 15. add. §. 16. fin. liberorũ, nobiliũ,* Edler Herrn/ vel ſimili aliquô diſcerni ſeſe nõ immeritò poſtulant, aut planè ſimpliciter, Herrn/ *Domini,* ſalutari malũt.)

§. 18. Nec Dn. Tabor. *in d. 1. F. 1. pr. p. 55.* multum abit, *tales hodie ferè,* ſc. Capitaneos, *eſſe* docens *Comites & Barones mediatos, vel nobiles, qui à Principibus, Comitibus feuda accipiunt &c.* Niſi quod non videamus, cur

aliud

aliud quàm in *mediatis*, hîc quidem ſtatui velit in Baronibus & Comitibus *immediatis*, imò & in ipſis *Principibus*? cum *hos* non minus quàm *illos* ab aliis *Principibus, Comitibus &c.* feuda accipere conſtet *c. præced. §. 13.* Res igitur ita habere videtur. Vt qui *Cives* Imperii ſunt *mediati*, ejuſd. eſſe poſſint ſæpeque ſint *vaſalli immediati*, adeòque *Capitanei regis*; & contrà, qui *cives immediati*, *vaſalli* ſint *mediati ſ. valvaſores*. Cujuscunque cætera *utriusque* fortunæ ſint & dignitatis, *illuſtris*, *nobil.* aut etiam *ſuperilluſtris*. Hodie ſiquidem *Principale, Comitivum &c.* axioma ex *feudi medietate* vel *immedietate* aliave ejus qualitate non pendet; adeòque *nobilitas feud.* quam ex *II. F. 10.* vulgò comminiſcuntur *Cujac. & alii interpr. ibid.* in noſtro Imperio nulla eſt. *confer. ſup. §.*

§. 19. Equidem fatendum eſt, non dari *immediatos* Comites, Barones, qui, *quà tales*, aliorum Principum, Comitum ſint vaſalli, h. e. *regalem* ab iis ſolis *dignitatem* Comitatus, Baroniæ acquiſiverint & in feudum teneant. Aſt verò, nec in *mediatis* Comitibus hæc res aliter habere videtur. *conf.* Pruckman. *c. 4. de regal. n. 34.* D. Sixtin. *l. 1. de regal. c. 4. n. 56. ſeqq.* Victor. *de exempt. c. 28.* Heß. Deduct. cont. Waldeck. *art. 14. ſeqq. art. 26. ſeqq. art. 261. ſeqq.* D. Struv. *c. 5. aph. 7.* Ludvv. *c. 2. de diviſ. feud. p. 50.* Quantum denique *ad conſuetudines vulgar. feudor. libros deſcriptas*, nemo, niſi *Princeps, Comes* vel, qui huic ſuppar, *Baro*, pro *Capitaneo Regis regnivè* habendus; ſimulque nemo *Princeps, Comes &c.* niſi qui de *principatu, Comitatu &c. inveſtitus*. Ex adverſo noſtris moribus uti *poſterior* definitio parum convenit, *vid. ſup. §. 6. & ſeq.* ita nec *prius* uſquequaque quadrat. permultos enim ex

Digitized by Google

lib. Eq. ordine, der Freyen Reichs-Ritterſchafft / quique adeò nec *Comites* nec *Barones* ſunt, reperiri conſtat, *immedietate* illa *vaſallitica* gaudentes, h. e. de caſtris, prædiis & territoriis ſuis ab ipſo *Imp.* ſeu *Rege* inveſtitos. quos hactenus *Regis Capitaneos* eſſe rectiusque quàm *valvaſores* (hi enim ſunt, welche kein immediat Reichs-Lehn tragen / ſondern von Fürſten und Herren belehnet ſeind. verba ſunt laudati Dn. Tabor. *in d. l. F. 1. p. 54.*) indigitari, quis non videt? id quod profectò non poteſt cum *generoſiſſ. &c*, ſi bona ſua nôrunt, *feliciſſimi Ordinis* inſigni gloria & decore non eſſe conjunctum. præſertim cùm hucuſque concordi *F. F.* ſuffragiô ad imos usque *valvaſinos* depreſſus fuerit; *valvaſorum maj.* loco & nomine, nedum *Capitaneorum*, indignus habitus. Vtut *communem* hanc *opinionem*, nec improbatam *in ſup. alleg. Ichnogr. feud. n. 24.* aliqua ex parte oppugnare aggreſſus ſit Nobiliſſimus quidam à Gemmingen. (neſcio, an ſit *Dn. VVolf à* Gemmingen 2c. qui à *Sereniſſ. Principe Dn. Chriſtiano, Marchione Brandenburg. &c. &c. glor. mem.* & cæteris *A. C. Principib.* ac *Statibus Circ. Franc.* unà cùm *Socero meo Vener. D. G. Tülſnero, Conſiliar. Haſſ.* & Anteceſſ. *h. Acad. Sen. meritiſſ.* ad Aſſeſſuram Cam. Imp. *A. 1644. m. jun.* nominatus fuit: Vir, magnis laudibus Major, & illuſtri famâ etiam nunc Spiræ & paſſim in Imperio ſuperſtes. &c.) in *diſſertatione*, nunc comodum mihi oblata *ap.* Beſold. *th. pr. lit. R. n. 37.* cujus clauſulam, & de cætero *hunc articulum* illuſtraturam, non poſſum quin ſubjiciam: Darumb kan ich / inquit ſummô Vir judiciô, den *Cujacio* (*cui conſentit Petr. d. Andlo. 2. c. 12. fol. 117.*) nicht glauben / daß / *ſive origo ſive definitio nobilitatis primariæ vel inferioris, maximè* in dieſen Landen/

den / *á feudis dependire*; ((welche *quæſtion* auch *Reincking.* *tractiert*) minùs, daß *noſtri nobiles valvaſini* ſeyen / *qui propriè non erant olim vaſalli, tit. 1. lib. 1. Feud.* dergeſtalt wäre manchem Edelmā / auch mir ſelbſten / gar leicht *quæſtio ſtatus* zu *moviren*, dann vor 150. Jahren iſt das Stammhauß Gemmingen noch *allodial* geweſen / hernach Speyer / und *tandem* Würtemberg auffgetragen worden / *Ergò* ſo müſſen Speyer und Würtemberg allererſt meine Vor-Eltern zu Edel-Leuthen gemacht haben / und ſie vorhin keine geweſen ſeyn / ja wir müſſen noch nicht Edel ſeyn / *per text. in 2. Feud. 10. &c. Valeat ergo Cujacius*, und laſſen ſich *jura feudalia ſive conſuetudines Longobardicæ* auff unſere Teutſche Herkommen nicht allezeit *accomodiren &c.* quæ poſtrema verba quaſi depromſit ex Marin. Frecc. *lib. 1. de ſubfeud. Bar. rubr 2. n. 40.* ubi poſtquam docuiſſet, rationem *feudorum & feudalium dignitatem omnem ex conſuetudine dependere*, hanc autem in diverſis regionibus variam eſſe, poſtremò addit: *& apud Germanos alia & diverſa feudorum nomina, & dignitatum feudalium eſſe.* add. *ſup. §. 16.*

§. 20. Verè omnino ſincerèque cenſuit *Generoſus Gemmingius*, non eſſe *Valvaſinos* noſtrates *Nobiles*, & minimè quidem omnium *immediatos*. quippe quos ipſis *regni Capitaneis*, quàm vel *valvaſoribus*, ſimiliores antea probavimus. imò nihil hi differunt à *Baronibus tranſalpinis*, de quibus in *d. §. 16. & 17.* præterquam quòd *ſuperioritate territoriali*, Hoher Landes Obrig- und Herrligkeit / noſtri etiam gaudeant, quô illi deſtituuntur. Quamvis Marinus Frecc *d. rubr. 1. n. 12.* meminerit *Baronum, regalia* quidē habentiū *in ſua Baronia*, ſed nō *dignitatem regalem*; conf. *d. §. 16. in fin.* qui proinde *Nobilib. immediatis* forent

Digitized by Google

omnium ſimillimi. Secundùm hæc igitur liquet, bonas non deeſſe rationes antiquæ conſuetudini, dem alten Herkommen/ quâ ex *Patriciis* ſeu *Conſiliariis Cæſar.* illi, qui *equeſtri genere nati*, *Comitibus* ac *Baronibus*, (modò *ipſi* aut *domus*, ex qua oriundi, in *Statuũ Imp.* numerô non ſint) quantum ad *ſeſſionem in Conſilio*, exæquantur; daß nach Ordnung der angetretener Raths-Dienſte/ ohne einigen von Standes wegen ſuchendem Vorzug/ ein jeder verbleibe. *vid. Capit. Leopoldina art. 40.* cui conſonat das Concept der beſtändigen Capitul. *art. 24.* Nec deeſſe itidem novo privilegio, quô Divus Ferdinandus III. Imp. proprium aliàs Comitibus ac Baronibus titulum, *Nobilis*, Edel/ *Equ. immediatis* indulſit. reſcriptum Cæſar. *Anno 1654. d. 18. Maji* emiſſum, inter alia *Immediati ordine Equ.* privilegia nuper *Anno 1659.* divulgatum eſt. Sed & jampridem ipſis *Prælatis*, quibus aliàs *Comites* cedunt, quoad externa dignitatis emblemata aliquando exæquatos reperies *equeſtris ordinis* viros. *vid.* Ordn. des Regim. zu Augſpurg. *de Anno 1500. rubr.* was des Reichs Räthe zu Sold &c. ibi: Nemlich ein Graff oder Herr ſechs Pferd/ ein Prälat / Edelman / *Doctor* oder *Licentiat*, vier gerüſtete Pferd ꝛc.

Quamvis aliâ ratione factum videatur, ut ibi inferiore quàm *Comites* & eôdem cum *Nobilibus*, *Doctoribus &c.* locô accenſi fuerint *Prælati*; nempe quòd ipſos, (utpote *munere* fungentes *eccleſiaſticô*,) in rebus ejuſmodi, ſplendorem & pompam attinentibus, etiam iis, quos dignitate antecellunt, inferiores & inferioribus pares apparere deceat. Quæ fortaſſis ratio quoque, cur *ordinationes Imp. & LL. veſtiariæ de Anno 1530. 1548. &c. Prælatos*, velut nullô numerô quoad iſtã rem habitos, ſilentiô prœ-

ſus

ſus transmiſerunt. *conf.* Beſold. *de jdict. Imp. Rom. q. 17. fin.* Knipſchild. *c. 6. de fidei com. famil. n. 68. &c.* ubi notant *nobiles immediatos* majore, quàm *Comites* & *Barones Auſtriacos*, frui libertate.

§. 12. In univerſum denique quis *vaſallus* ſit fieri vé queat, ut tradamus aut definitione generali determinemus, fruſtra à nobis requiri hîc vel exſpectari videtur. poſtquam hac de re ex iis, quæ *ſup. c. præced. §. 7. & 8.* ad iſtum modum de *Seniore* diſſeruimus, prout eadem *relatorum* ſolet eſſe doctrina, haud difficulter in medium ſtatui poterit.

In eo tamen *diſcrimen* primâ fronte quis deprehendat, & *alienandi poteſtatem* non ita in *vaſallo*, uti in *Seniore*, vid. *d. §. 7.* neceſſariam eſſe arbitretur, ſed in *illo* ad *accipiendum ſ. acquirendum* ſufficere *habilitatem*. *Dominum* ſiquidem *alienare, dare & beneficium tribuere, vaſallum acquirere & capere beneficium &c.*

Verùm ſi feuda *oblata*, auffgetragene / auffgegebene oder auffgelaſſene Lehen / ſimul conſiderentur, *utrobique* ſecus rem habere dicendum videbitur. in *his* quippe, præter ſolennem *feud. naturam* & contra regulam (quô nomine feudis quoque *impropriis* ea annumerant; *vid.* Beſold. *th. pr. lit. A. n. 102.* VVurmſer. *tl. 3. de feud. impr. ſect. 8.* Thummerm. *ſup. cit. tr. 2. fund. par. cur. n. 90. ſeqq. n. 175. ſq. Diſſ.* Kircheim. *ichnogr. feud. th. 7. in fin.*) *vaſallus alienat* & beneficiũ ſeu rem in beneficiandam contribuit, non *dominus*; & contra *dominus acquirit* & accipit, non *vaſallus*. unde etiam contigit, ut à natura ſua & *beneficialis ſ. liberalis conceſſionis indole* quò magis receſſere feuda, eò frequentari magis cœperint *feudorum oblationes*. Vtrumque autem in *poſteriora* conſtat & declinantis ævi incidiſſe

tempora. de quo ante laud. Dn. à Gemming. in *cit. diſſert.* veluti indignabundus ita ait: Dann es iſt beweißlich/ und gehe man von einem Stammhauß zum andern/ ſo wird man befinden/ daß noch vor 200. oder 150. Jahren/ alle Stammhäuſer *allodial* geweſen/ und ſeither allererſt/ mehrers Schutz⸗und anderer Urſachen wegen/ *poſt tempora Rudolphi* zu Lehen auffgetragen worden. *add.* Thummerm. *d. fund. 2. n. 103.*

Quicquid autem ſit, pleniùs cuncta & exactiùs rimanti, ſaltem quantum ad rem præſentem à *cæteris* feudis *oblata* nihil differre parebit. diſtingui enim debet actus *oblationis* ab ipſa in *feudum conceſſione*. *ille* præcedit & *mancipationis*, iſte ſequitur & *remancipationis* inſtar obtinet. *ille* fit à priſtino & *allodiali*, ut ſic dicam, rei *domino*, mox autem *futuro vaſallo*; *iſte* à *novo*, per *oblationem* facto, *domino* & mox *futuro Seniore*. *Ille* plenum ſeu *omne dominium*, *iſte*, retentô *directô*, ſolum *utile* transfert. quæ profectò multæ ſunt & palpabiles differentiæ, nec proinde vel barbaris illis media in barbarie chartularum notatoribus ignoratæ: utpote in quibus *utriuſque actus* diſtinctam reperies mentionem. exempla ap. Goldaſt. & Sande. *l. ſup. c. 5. §. 17. adduct. Tradit. Fuld. inter* Piſtor. *Scriptor. German. p. 445. ſeqq.* Fürſtl: Heſſ: *Deduct. contra* Waldeck. in Beylagen *lit. A. B.* Beſold. *d. lit. A. n. 102.* Vaſallus ergò, ut nunc iſta ad noſtrum negotium commodemus, quamvis non in *oblationis*, in ſubſequenti tn. *feud. conceſſionis* actu *acquirit* utique ſ. *accipit*, empfängt die uffgelaſſene Güter hinwiederumb zu rechten Lehen; adeò ut hactenus non aliter, ac in feudis *non oblatis*, res procedat. Imò nec *oblatio* iſthæc, ſi penitiùs intueare, *puram* continet *plenamq́;*

manci-

mancipationem,ſed talem,quam *contractâ fiduciâ* fieri,h.e. ſub *fide & lege reſtituendi* ſ. remancipandi, veteres JCti & Impp. dixere; *l.2.§.15.ff.ad* SC.*Tertull.l.8.j.de legit.adgn. ſucceſſ.§.4.de bon.poſſeſſ.l.ult.*C.*de emancip.* item, *fiduciæ dationem & mancipationem fiduciariam.* vid. *Liv.hiſt.lib.32. ibi.* optimùm ratus Nabidi eam Lacedæmoniorum Tyranno velut *fiduciam dare*: ut victori ſibi *reſtitueret*, ſi quid adverſi accidiſſet, ipſe haberet. Paulus *3. ſent. 3.* Gai. *1.inſtit.6.§.3.* Vlpian. *tit. 11. Fragm.* §. *4.* Boëth. *in Top.* Cicer. Sed & qualicunque *fiduciaria in mancipatione* plus erat quàm in noſtra *oblatione*, der Lehen-Aufftragung. *illa* enim *naturalem* ſ. corporalem rei *traditionem* deſiderabat; *hac* per *civilem* fit & brevis manus fictionem nudisque adeò verbis: prout ex *chartis & formulis* apud *Scriptores ante alleg. videre eſt. confer. ſup.d.§.17.& 19.*

§. 22. Nihil denique refert, nec *acquiſitionem* feudi & vaſallitici juris impedit, *maſculus* quis ſit, an *fœmina*, *clericus* an *laicus*, *nobilis* an *ignobilis*, *pubes* an *impubes*, *pater* an *filius famil.* mente & corpore *benè* an *malè valeat &c.*

Intelligimus autem *primam* ſ. novam *acquiſitionem*: quantum enim ad *ſucceſſionem*, non eadem *clericorum* quæ laicorum, *fœminarum* quæ marium, ſanorum & corpore perfectorum, quæ *agrorum & mutilorum*, ratio eſt; ſed *differentiam* non unâm partim *jura* eaque tàm communia, quàm propria, partim *veſtiturarum pacta* induxere. De quo FF. paſſim fuſiùs agunt.

§. 23. Et iiſdem hiſce *differentiis*, quæ feudi *ſubjectum* ſive *activum* ſive *paſſivum* contingunt, *diviſiones* &, quibus hæ conſtant, *ſpecies*, feudorum puta *regal. & non-regalium*, *nobilium ſ. equeſtrium & plebeiorum. maſcul. & fœmineorum &c.* commodiſſimè imputamus.

Siquidem *Regale* Scepter- und Fahnlehen/ dicimus, quod non niſi ab *Imperatore* vel *Rege Rom:* & cum *dignitate regali*; *non-regale* quod *etiam* ab *alio* & ſine *dignitate* regali. *nobile* quod à Principe *nobilitandi* & *poteſtatem* (quam *omnibus in Imperio Rom. Principibus* vindicat D. Vultejus *1.F.8.n.21.* quem alii ſequuntur relati, an refutati dicam, à D. Limn. *6, j. p. c.1.n.36.ſeqq. add.* Amicus noſter Dn. Stamler. *Conſiliar. Oſt Friſ. de Reſerv. Caſ.§.56.* Sed intellexêre illi forſitan *nobilitatem feudalem*, de qua ſupra, cujusque cauſa in *prædiis*, quæ citra controverſiam concedere poſſunt

Prin-

Principes noſtri, deliteſcat. Finckelh. *Diſp.* 2. *c.* 7. Ichnogr. Feud. *th.* 2 *pr.* & *voluntatem* habente; *plebeium*, Bürger⸗oder Bauren⸗Lehen/ quod *etiam* ab *alio* conferri poteſt. *I. F.* 14. 2. *F.* 10. *Maſculinum* cujus *primus* acquirens *vir*, *fœmininum*, cujus *fœmina* fuit. *II, F.* 30. *junct. t.* 11. *&* 50. Ita fere Illuſtr. Dn. Schütz. *Senator Imp. Aul. in comm. mſſ. feud. c.* 3. ubi repudiat Dd. feudum *fœmineum* definientes, *de quo convenit, ut ad fœminas quoque transeat*: quam definitionem Dn. Tabor. cum aliis contra tuetur, & noſtræ præfert. Quid ſi diceremus, *fœmineum* feudum vel accipi *ſtrictius*, ut ſit, quod à *fœmina primò* acquiſitum & *ſolâ* hâc causâ ad fœminas tranſit; vel *latius* pro omni feudo, in quo ſive *Conventionis* ſive *aliò jure* fœmina ſuccedit? Ita & Germanicum Mann⸗Lehen/ quod iterum notamus, diverſimodè ſumitur, prout nempe à qualitate vel *ſexus*, Männlichen Geſchlechts/ vel *vaſallitica*, Lehen⸗oder Mannſchafft / vocabuli origo arceſſitur. In *priori* ſignificatu huc pertinet & *fœminino*, Weiber⸗Lehen opponitur: in *poſteriori* æquè *generale* eſt ac ipſum *feudi* nomen, & *allodio*, non *fœminino* aut alii feudor. *ſpeciei*, opponitur: de quo *ſup.* §. 4. *&* 5 *plur.*

§. 24. *Regalia* feuda *non niſi ab Imperatore &c.* concedi poſſe diximus. Sed annon & Germaniæ noſtræ *Principes infer.* feuda regalia, Comitatus & Baronias conferre jam dudum ſueverunt? id ſanè ajunt Illuſtr. Schenck. *ad II. F.* 10. Roſenth. 2. *c.* 1, *lit.* C. Ludvv. & plerique alii *ſup.* §. 20. *alleg.* ſimulque ad obſervantiam provocant. Atqui nullô negotiô inter nos cōveniet, cum ex *ſummi Principis privilegio, auctoritate ac conceſſione* omnis illa *inferiorum* poteſtas diſertè repetatur. *vid: cit. Dd. dd. ll.* quod nos ſic interpretaremur, *cauſam principalem & per ſe* ſolum hîc *Imperatorē* eſſe, *inſtrumentalem & ex accid.* cæteros quoque *Principes*. aut, *à principio* feudum *regale ex allodio* non fieri nec in illud alia *feuda, non-regalia* ſcilicet, converti, niſi ab ipſo *Imperatore*: quibus autem feudis vel allodiis *dignitas regalis* jam quaſi inhæret, ea *inferiorum* quoque *Principum* clientelæ dedi & ab iis hôc modô *regalia feuda* teneri poſſe. Nobile exemplum præbet *Comitatus* Waldecc. qui, die Graffſchafft zu Waldegken/ mit allen ihren Zugehörūgē/ Herzligkeitē/ Rechtē/ Freiheitē/ Gerechtigkeitē & c. *Sereniſſ. Haſſ: LandGraviis* Anno 1438. in feudum traditus eſt, & ab illis hodieque eô jure recognoſcitur. *Deduct. Haſſ. cit. ſup.* §. 20. in princ. quod ex hiſce ulteriorem lucem recipit.

Quod autem *privilegii* meminerunt quoque, id fortaſſis eò pertinet, ut ſi cui *Comites* aut *Baronos* creandi jus *ſingulari Imperatoris beneficiò* conceſsū, prout habēt Auſtr. Archiduces, poſſit is procul dubio & de *novo regale* feudum conſtituere, deque ipſo v. g. *Comitem* à ſe creatum inveſtire. D. Sixtin. 1. *de regal. c.* 4. *n.* 64. *ſeq.* Ut tamen hoc omne, ad *Imperatorem*, tanquam *Originariam & Principem cauſam*, iterum referatur.

CAP. X.

§. 1.

QUælibet *res* in feudum recte dantur & accipiuntur, modò (1.) jus *dominii* vel *proprietatis* & *uſus fructus*, hujusque (2.) *veri* recipere; (3.) idoneum aliquod *emolumentum* habere ac proferre; & denique (4.) ad *Seniorem*, à quò *infeudatæ*, reverti aliquando aptæ natæ ſint.

§. 2. Iſtâ igitur *definitione* hinc ſummotum imus, 1. quæcunq; *dominii* vel *proprietatis* haud capacia, h.e. divinô humanôvé jure *commercio exempta* ſunt, alienariq; proinde nequeunt *II.F.3.§.1.in princ.II.F.23. verſ. huj⁹ a. in* verb. *proprietas rei &c. uſus fructus rei.* cujus generis ſunt res *publicæ, ſacræ, ſanctæ, religioſæ*, de quibus *tit. de rer. diviſ. tit. A.R.D.* & alibi in jure *allod. civili* agitur.

Quod ſi tamen *Ducatus, Comitatus, civitas* aut alia ejusmodi *univerſitas* in feudum conceſſa, res quoque *ſacras, religioſas &c.* naturâ tamen uſuque priſtinô earum nihil imminutis, unà ad vaſallum tranſire non dubitandum; *fac. l. 22. & ſeqq. ff. de. C. E. l. 62. ff. de A.R.D.* & manifeſta obſervantia abundè evincit, maximè in terris Principum & Procerum A.C. addictorum, quos *ſacrorum* quoque & *Epiſcopalia jura* habere conſtat, adeò ut

non vulgatiſſimum illud tantùm in ipſos competat; *quilibet Princeps eſt Imperator in ſuo territorio*; ſed *vetus* etiam & *tritum*, quod vocat D. Feltmannus (*c. 28. de j. in re & ad rem* §. *11.* ubi ipſum temporibus B. Lutheri antiquius reputat, allegatô eam in rem *Iohannis Clivia Ducis, Comitis Marcani atque Cattimeliboci, edictô de anno 1508.*) proverbium; Ein Hertzog (von Cleve) iſt Pabſt in ſeinem Land ꝛc. ſanô tamen ſenſu accipiendum, quem ſuppeditat quoque P. Heig. *int. Conſil. Klock. 1. c. 51. n. 220. & ſeqq.* Carpzov. *lib. 1. jurisprud. Conſiſtor. def. 2. n. 11. ſeqq. C. P. Giß. de S. R. R. vol. 2. D. 14. c. 4. D. & c. 10. lit. D. ſeqq.* Et ſic in literis inveſtituræ *Sereniſſ. Haſſia Landgraviorum &c.* inter alia feuda, quæ ab Imperatore & Imperio ipſi tenent, recenſeri quoq; videmus. Stiffte/Clöſter/ Lehnſchafften/ Geiſtliche und Weltliche / *vid.* in Fürſtl: Heſſiſchen *deduction contra* Waldeck ꝛc. in den Beylagen *lit. E.*

§. 3. Poſſeſſiones autem & *Bona*, quorum reditus *Sacerdotibus & clericis* exhibendis *ſacrisq́; adibus* conſervandis dicati, quamvìs in *ſacrorum*, imò *ſpiritualium* nomenclaturam, Geiſtlicher Güter / jam dudum migrârint, *ſacra* tamen res, utpote *Deo* ſeu *cultui Divino* haud *conſecrata*, propriè non ſunt, multòque minus *ſpirituales*. *V.* D. Rechtenbach. *Diſp. de bon. Eccleſ. cap. 1. n. 12. ubi abuſum hujus vocis perverſiſſ. & horribilem ex B. Luthero notat.* Crag. *l. F. 13. p. 100. fin. & ſeq.* aptiùs verò *Eccleſiæ* ſeu *Eccleſiaſtica* bona, Kirchen-Güter / nuncupantur. niſi quod & hoc *nomen*, in omnia, quæ eô hodiè tenent *Eccleſiaſtici*, æquô jure haud competere, ſed pleraque *Eccleſiaſticorum*, quàm *Eccleſiaſtica* eſſe potiùs videantur. quomodocunq; autem vocentur, certum eſt, uti in eo, quòd ſaltem *per*

conſe-

conſequentia,remotè & ſecundariè ad cultū Divinum (quaten⁹ *is* nempe,abſq; *templis* & *fanis*, abſq; *hominibus*,non victui quærendo, ſed ſanctarum literarum lectioni & tractationi,ſacrorumque &pietatis operum exercitioni unicè vacantibus & devotis,dignè commodèque ſatis peragi; tales autem *res* & *homines* abſq; impenſa & bonorum proventibus haberi nequeunt) ſpectant,cum rebus *ſacris* uſui modò iſti nativo ac ſincero relicta,conveniunt; ita non min⁹, ac *iſtas*, commercio hominum exempta *vid.* Crag. *d.l. C. P.d.D.13.c.13. &c.* comm.exiſtimari. hâc tamen nobili cum differentia, quod alienari adeoque & *infeudari* res *ſacræ* nullâ ratione, *Eccleſiaſticæ* toties poſſint, quoties Eccleſiæ *utilitas* vel alia juſta cauſa ſuadeat,nec *Capituli Prælatiq;* deſit conſenſus,*I.F.1.&6.II.F.35. ibiq; Interpr.c.8.11.& 1.2.extr.de reb.Eccleſ.nō alien.clem.1. & extravag.un.Eod.c.52.c.12.q.2.* D.Struv.*c. 6.n.4.& Dd. comm.*exceptis tamen *rebus Eccleſiaſt.infeudari ſolitis*,quas ad Eccleſiam reverſas, non obſervatâ *hâc formâ*,denuo in feudum concedere licet: *d.I.F.1 & 6.d. extravag. ūn. c.2. extr.de feud.*Gail.*2.O.161.*Roſenth.*c.4.q.21.* Hunn.*c.9.de feud.* quaſi in iis *Eccleſiæ utilitas* jam antè approbata & ſemel datus *Capituli aſſenſus* ſufficere perpetuové durare intelligatur.

De cætero iſtorum *ſolennium requiſitionis* cauſa,ambigeret quis,utrum in qualitate *objecti*, quàm *ſubjecti* felicius quæratur?in *ſubjecto* ſanè, ex quo *Prælati* harum rerum *dominiô* & alienandi poteſtate carent, repertum iri hactenusque earum non aliam quàm *ſecularium* rerum *alienarum* conditionem eſſe,veriſimile reddit, & res ipſa, ſcil. neceſſaria eorum,qui *dominum* repræſentant, *conſen-*

ſus exploratio &c. & quòd in *d. c. 52. d. extra vag. un. d. tit. 35.* & A. Auguſtin. *lib. 4. j. vet. Pontif. tit. 80. c. 38. 44. & paſſim lib. 15. tit. 26. c. 1. & 4.* alienatio aut *infeudatio* vel ideò maximè prohibetur, quoniam infeudaturi Prælati & alii *Eccleſiæ Rectores*, horum bonorum non *domini*, ſed *adminiſtratores* tantùm ſunt. *confer.* Gudelin. *p. 2. de feud. c. 1. n. 6.* Dn. Tabor. *ad. 1. F. 1. p. 37.* Beſold. *conſ. 30. n. 3.* Non ſecus ac *prædiorum minoris* alienatio, aliàs interdicta, tunc permittitur, quando & *utilitas* minoris & ejuſd. *conſenſum* ſupplens auctoritas *magiſtratus* intercedit. *t. t. ff. & C. de reb. ſ. præd. min.* prout nimirum *ipſe dominus* non aliter niſi & *voluntate* ſua & rerum ſuarum exigente *utilitate* alienare ſolet.

§. 4. Quibus dictis videtur & hoc conſectarium, cùm rerum *Eccleſiaſticarum dominium* penes *S.* in rep. publ. *poteſtatem* ſit, qui *hanc* habet, *infeudare* illas, & ita quidem poſſe, ut feudorum *ſecularium* jure teneantur. cujusmodi *infeudationum* in *Pacif. Oſnabr. art. 8.* complura habemus exempla. quod quidem, niſi extrema *neceſſitas* imperet, fieri non debere, cùm rectè ſtatuant noſtri: *vid.* Dn. Coring. *de Pac. Perpet. paſſim.* D. Thumm. *de bon. Eccleſ. q. 7. latiſſ.* Himmel. *c. 9. de Canon. q. 3. ibiq. annexis Diſpp.* Binderi *de bon. Eccleſ.* Cranii. Lauterbach. *& al. C. P. de S. R. R. d. vol. 2. D. 13. c. 5. lit. H. ſeqq.* & *D. 14. c. 13. lit. D. ibique alleg.* M. Buſch. *m. 2. de bon. Eccleſ. §. 4. & ſeqq.* ſaltem in hoc *ſacer* ille, ex primæ traditionis vel dicationis lege in *objecto* ſeu *rebus hiſce* ſuperſtes *character*, ſe prodere videtur. absque quo ſi foret, ceu revera eſt in rebus, quæ *ſacris uſibus* ſuper-atque adeò obſunt potiùs quàm proſunt; nihil differre hæc *noſtra à publicis* rebus diceremus. Et cujus

ſi non

Digitized by Google

ſi non *publici juris* cenſebimus *publicas* opes, *Eccleſiæ* uſui nec *proximè* nec *remotè*, ſed *Eccleſiaſticorum* luxui, voluptati & aliis *uſibus merè profanis* ſubſervientes? *conf.* Th. Mich. *de jdict.* 9. 25. *lit. b.* D. Rechtenb. *d. Diſp. c. 4. n. 119. & ſeqq. ubi ampliſſ. Epiſcopatus & canonicatus* revera *eſſe bona* politica *docet.* C. P. *d. lit. H. & G.* M. Buſch. *n. 1. de bon. Eccl.* §. 37. *m. 2.* §. 2. D. Conring. *animadverſ. in Bull.* Innocent. P. P. *c. 6.* quasque proinde vel ipſi *Eccleſiaſtici*, ceu noxias ſibi ac propudioſas, odiſſe ſemet ac averſari, haud diſſimulant. Vett. Patrum & aliorum hujus ordinis ſummæ auctoritatis virorum judicia graviſſima in medio ſunt. *vid.* A. Auguſtin. *d. lib. 15. tit. 16. c. 28.* ibi: *à ratione & auctoritate alienum videtur, ut ipſi decimas accipiant & inde canes aut gynaciarias ſuas paſcant. &c. tit. 21. c. 19. 21. 22. & c. 28. tit. 26. c. 5. tit. 28. c. 8. & lib. 4. tit. 80. c. 1. 17. 22. 24. 40. 42. 44. & ſeq.* Meibom. *apol. Imp. Ott. 4.* Flac. *Catal. Teſt. verit. n. 144. 186. 200. & in append. p. 64. 79. 82.* Arniſ. *c. 4. de exempt. cler. n. 3. ſeqq.* Himmel. *c. 4. & 9. de Canon.* Vtut non omnes ſeriò egiſſe ſuſpicetur Malleolus noſter, qui poſtquam in *c. 18. de Nobil.* Ipſum B. Gregorium PP. *divitias* & *divitiarum abundantiam, cæcitatem & fœditatem multipliciter* appellantem & *ipſarum accumulationem vilipendendo deſpicientem &c.* induxiſſet; *ſum contentus*, ſubjicit, *de verbis, ſpretis operibus paupertatis.* (quaſi verbis Impp. in *l. 6. C. de mun. patr.* increparet; *profeſſio* & *deſiderium* veſtrum, *inter ſe diſcrepant &c.*) *nam ſi ipſe Gregorius, tantas patrimonii marcas non habuiſſet, tanta divini cultus comoda nunquam perfeciſſet: ſed hæc nihil ad nos.* hact. Felix; cujus *ibid.* ex non nemine recitata *curioſa verſiculorum*, quæ vocat, *metra*, idem hoc ulcus tangentia, aliàs forte minus obvia, ex parte adſcribere haud piget, ſunt autem hi:

Digitized by Google

Nummo venalis favet ordo Pontificialis.
Nummus in Abbatum Cameris retinet dominatum.
Nummum nigrorum veneratur turba Priorum.
Nummus magnorum judex eſt & conſiliorum.
Nummus perjuros miſeros facit & perituros.
Nummus iter cœli claudit reſeratque fideli.
Nummus donatus dat honorem Pontificatus.
Nummus perverſe decreta ſua facit per ſe.
Nummus corda necat ſapientum limina cæcat.
Vidi cantantem *nummum* Miſſam celebrantem.
Nummus cantabat *nummusq;* reſponſa parabat.
Vidi qui flebat, dum ſermonem faciebat.
Et ſubridebat, populumque decipiebat. *&c.*

§. 5. Sigillatim verò ex *reb. eccleſ.* in feudum dari prohibentur *Tituli*, (quinam *hi*, vel quales? *vid.* D. Vultej. *1. F. 3. n. 10.* Dn. Tabor. *c. 6. de oblig. ſucceſſ. n. 6.* Höping. *c. 22. de inſign. n. 18. junct. n. 13.*) *Decimæ & primitiæ. Conſtit. Vrbani P. P. in 1. F. 6. c. 15. c. 17. ibiq. Gl. c. 19. X de Decim. c. 2. §. Sanè. Eod. in 6. c. 1. de præſcript. in 6.* Anton. Auguſt. Archiep. Tarracon. *lib. 10. Epit. jur. vet. Pontif. tit. 9. & lib. 15. tit. 16.* ubi hanc in rem leges Moſè *Levit. 27. &c.* ſubinde allegantur. Equidem *decimarum* conſecrationem, quæ quid. ex L. Divina morali ſit, jamdudum eſt, ſaniores Theologi & JCti quod nullam agnoſcunt. *vid.* Dom. Soto. *lib. 3. de j. & j. quæſt. 4. c. 1.* Fern. Vaſq. *2. controv. ill. 89.* Covarr. *1. v. reſol. 17.* Alex Moneta *c. 1. de decim. n. 16.* Carpzov. *1. Juruspr. Eccleſ. def. 125.* D. Stypman. *c. 2. de ſalar. cleric. n. 96. ſeqq.* adeò ut D. Hieronimus dixerit: *Sacerdos novi Teſtamenti, petens decimas, ait Chriſtum in carne non veniſſe.*

Aſt

Aſt *canones*, eosque non recentiores modò, ſed ſatis *vetuſtos*, in diverſum hîc non tàm abire, quàm manibus pedibusque perniti, ex *Loc. alleg.* patet. Et ſunt nihilominus, qui eſſe jure Canonico prohibitas infeudari *decimas* negant; atque *c.15.x. de Decim.*, opponi cumprimis ſolitum, non de quibuſvis ſed de *ſanctuarii* decimis loqui, excipiunt. Etſi verò hanc interpretationem (neſcio autem an bona cum gratia *genii Curiæ Papalis*, qui propriâ ſibi, quamvis impiâ ac nefandâ catachreſi, *ſui juris* quoſlibet proventus ac bona, res licèt *merè profanas* & irritamenta malorum, imò Eccleſiæ in ſinceræ religionis, pietatis & ſanctitatis corruptelam, peſtem & exitium quaſi facta, verendis ac tremendis *Sacrorum, Sanctorum, Spiritualium, Sanctuarii* & ſimilibus, nil niſi ſingularem ſanctis tantum & divinum aliquem characterem ſpirantibus *elogiis*; ſupra humanam ſortem evehere & inviolabilia facere nunquam non ſategit. *confer. c.4. C.1. q.3.* ubi *decimæ* vocantur *altaria* & *Eccleſiæ*. junct. *c.15. x. de j. patron.*) *d. c.15.* aptari atque ita rem tranſigi nos ferremus; ægrè tamen ferent alii *canones*, quibus idem, abſque mentione *ſanctuarii*, promiſcuè de quibuſvis *decimis* & nimis quam luculente proditum extat. *vid. d. c.17. & c.1. de præſcript. in 6.* omnino *c.7. extr. de his quæ f. à Præl. d. c.2. §. ſane quamvis. de decim. in 6. c.13. C.1. q.3. C.68. C.16. q.1.* A. Auguſtin. *d. lib.10. tit.9. c.6. ſeqq.* add. Arnold. *3. Chron. Slav. c.18.* & ex eo Cranz. *lib.6. Saxon. c.52.* Brovver. *3. antiq. Fuld. c.17. fin.* Theoph. Raimund. *de benefic. lib.1. ſect.1. c.9. n.8. ſeqq. n.16. ſeqq.* Satiꝰ itaq; fuerit, vel ad *decimas*, quas *ante Conciliũ Lateranenſe*, non An. 1379. uti perperam opinatur Vult. *1. F. 5. n.13. & 14. junct. c.3. n.10.* ſed ſub Alex. 3. P.P. ſeculô XI.

lò XI. *inſpic. d. c. 2. §. ſanè. d. c. 7. extr. de his quæ fiunt à Præl. c. 3. extr. de privileg.* Borell *ad Bell. ſpec. rubr. 13. c. 1. lit. R.* habitum, (quò Laicis omni decimarum comercio interdictum, aut veriùs anteriora interdicta, *vid. d. c. 68.* A. Auguſtin. *d. tit. 9. & tit. 15.* fuére inſtaurata & extenſa:) Laici habuere quam plurimas; *d. c. 2. §. Sanè.* B. Rhenan. *2. R. G. rubr. Stat. Gall. & Germ. &c. p. 169.* Gobel. Perſ. *Coſmodor, æt. 6. c. 36.* ibi: Carolus tamen decimam &c. *& inde eſt, quòd Laici in partibus iſtis decimas obtinent.* Alb. Stad. *ad Ann. 1066. p. 130.* ibi: *decimæ Eccleſiarum omnes ceſſerunt in uſum Laicorum.* Cranz. *1. metropol. c. 2.* Gryph. *c. 30. de VVeichbild.* Stypm. *d. tr. c. 13. n. 165. ſeq.* vel ad *mores* recentiores, quibus aut non admiſſa aut excuſſa Concilii auctoritas; ut referamus frequentia hodie inter laicos *decimarum feuda.* nec forſan nihil Paparum conniventia fecit. audiamus Malleolum, qui *d. tr. de Nobil. c. 31.* primò ex Henr. Bohic. *in c. quamvis. extr. de decim.* & Johann. (is, ni fallor, eſt *Iohan. Semeca ſ. Teuton. Præpoſ. Halberſtad.* qui Clementi IV. PP., per German. & Gall. *decimas à Clero in redemptionem terræ ſanctæ exigenti, appellationem oppoſuit*, &c. V. Cranz. *8. Saxon. 27.*) *in ſumm. Confeſſ. lib. 1. tit. 15. c. 25.* *tutiorem* & *benigniorem* eſſe *opinionem* docet, *quæ etiam in Germania per univerſum ſervetur*, ut *videl. non tantùm nobiles, ſed & ignobiles ſ. plebeji poſſint habere decimas in feudum ſine peccato; easq; donare, vendere vel aliàs alienare, prout res juxta naturam feudi poſſunt tractari. Et ſi dubium eſt, utrum decimæ taliter per laicos retentæ ſint de antiquis vel novis, Sufficit pro hujusmodi laicis, quod non eſt aliud in hominum memoria. Et hæc eſt conſuetudo quam Papa & eccleſia ſcit & tolerat ſine revocatione (& bene) aliàs ferè totus mundus videl. Chriſtianor.*

norum univerſitas ſtaret in damnatione add.*c.32. ext. de decim.*Huld.Zaſ.*p.4. de Feud.n.ult.* D.Gœdd. *4.conſil.Marpurg.50.n.93.98.* Wehner.*conſil. Franc.77.*Joh. à Chokier. *p.2. vindic. Eccleſ.c.2.n.9.*Caſp. Hochmann. *inter conſil.* Beſold.*vol.1. conſ.20. & praced.*Crag.*1. F.13.*ubi in Scotia *nullum* permitti *decimarum feudum* ait, exceptis duntaxat, quæ *Garbales* aut verius à voce *Gerba*, italis *Gerbam* ſignificante, *Gerbales* appellentur & *cũ ipſo fundo in feudum rectè concedantur.* Nobis autem, ut obiter id interloquamur, vox *Garbalis Saxon.* ſ. *Germ.* eſſe originis, ut pleraq; ejus generis Scotica & Anglica, videtur; à Garben/ mergite ſ. faſciculo frugum, q.d. Garben=Zehenden/Beth=Garben/cui opponitur, Sack=Zehenden; quæ nomina hodieque noſtratibus in uſu. Mager.*c.7. de Advoc.arm.n.213. ubi pro* Bet=Garten *leg.* Bet=Garben. Beſold.*th.pr.lit.B.n.50.*

§. 6. Eò igitur fermè res redit, ut decimæ aliæ quidem ſint eccleſiaſticæ, de quibus hact. potiſſimùm egimus; aliæ autem ſeculares ſ. laicæ, de quibus idem quod de cæteris rebus prôfanis judicium eſſe debet. *confer.* B. Rhen. *d.p.169. in fin.* D.Gœdd. *d.conſil.50.n.56.ſeqq. & n.98. & al.add.* Harumque peculiaris & prorſus anomala ſpecies eſt, quæ in Gallia Laicis ſ. *Regi* de bonis Eccleſiaſticorum penditur. *vid.* Tholoſan. *2.ſynt.jur.c.20.n.3.5.ſeq.*Limn.*3.Notit.Fr.c.2.lit.X. & ſeqq.*

§. 7. Quid autem hoc eſt, quod *ſup.* §.*2.* pari cum eccleſiaſticis jure res publicas cenſuimus? id certè, niſi ad privatos ſ. rerum publicarum dominii exſortes reſtringatur, falſitatis ab univerſi propè orbis conſuetudine pervincetur. eâ enim conſtat, publica bona non minus

quàm privata, nec corporalia tantum, ſed & jura ampliſſima, ipſamq; adeo, ſummā Imperatoris poteſtatē æmulantia, in feudū ut dentur, ab antiquò receptū eſſe. Atq; huc pertinent jura Regia ſeu *Regalia*, quæ à *Rege* pro *Imperialibus* vulgò dicimus, *vid.* Iſern. *in 2. F. 56.* Sixtin. *i. d. Regal. c. 1. n. 1. ſeqq.* Hering. *de molend. q. 9. n. 9. ſeqqq. n. 40. ſeqq.* & nobis hîc nihil aliud ſunt, quàm majeſtatis ſ. poteſtatis, in noſtro quidem Imperio *Regiæ*, jura & quidem, quaten⁹ ab Imp. *in feudum tenentur*, particularia, h. e. in variis Imperii partibus, terris, regionibus, diſtrictibus, &c. Imperatori competentia & aliis in feudum conceſſa. de quibus Imp. Frideric. I. in *c. un. II. F. 56. ubi Dd.* prolixè, & prolixiùs etiam D. Pruckmann. D. Sixtin. D. Theodor. Hunn. Bocer. D. Carpzov. aliique *pecul. comment. de Regal.* it. Jac. van der Graef. *in repet. l. non dubito. ff. de captiv. & poſtl. c. 10. & ſeqqq.* German. vocantur Herrligkeit. Schrader. ap. Borcholt. *2. conſil. 18. §. ſimiliter quoque.* Fürſtl. Heſſ. Deduct. contr. Waldeck. *art. 27.* Beſold. *lit. H. n. 45.*

§. 8. Circa nomen *regalium* id præterea obſervatu dignum, ipſum *Imp. Friderici* & non unô cum antegreſſo ſeculô ſtrictiùs acceptum fuiſſe pro *Imp. reditibus* ſeu *fiſci juribus*; atque ita in ejus ævi documentis literariis, Hiſtoricis & Scriptoribus rer. Germ. (ap. quos tamen ante Henricum V. Imp. *vocem* iſtam non reperiri vult Lehm. *2. Chron. Spir. 35.*) utplurimum ſumitur. vid. *Diplom. & Tabb. vet.* Radevic. *lib. 2. de reb. geſt. Frider. Imp. c. 5:* Günther. Ligur. *lib. 8. ibiq;* Spigel. *in not. p. m. 408. ſeq.* Pact. int. Henr. V. Imp. & Paſchal. PP. ap. Goldaſt. *tom. 1. conſt. Imp. f. 252. ſeq. 256. ſeq.* Lindenbrog. *Gloſſ. v. regalia.* Martin. *Lex. ead. v.* Sigon. *lib. 7. de regn. Ital. in Otthone M. p. 175. lib. 12. p. 302. lib. 13. p. 316.* Beſold. *th. pr. lit. R. n. 24.*

Diſcurſ.

Digitized by Google

Diſcurſ. von Reichs-Vogteyen (cujus Auctor, notore Dn.Mylero, eſt D. Haider. Synd. Lindav.) *p.11.* ibi: die Käyſer.Güter/regalia, &c. und andere Kammer-Gefäll ꝛc. die reſtirende Käyſerl. Güter/regalia und Gefäll ꝛc. Gamma *deciſ.31.n.3.* Hering.*d.quæſt.9.n.62.ſeq.* D.Hugo Conſil.Brunſv. Luneb. *c.3. de region. German.n.29.*

§. 9. An verò, inter *Regalia* & *ſuperioritatem territorialem*, die hohe Landes-Obrigkeit / Hoh- und Herrlichkeit/ & quodnam diſcrimen eſt? Certè loquendi uſu confundi ac vulgò promiſcuè ſumi, vix quisquam negare auſit. & adducitur eam in rem textus ex P.O. *de Anno 1548. §.pen.* Idē de *ipſa re* alii judicant, ſuperioritatis & *regalium* jura *ſolò nominis ſonô differre* perſuaſi. *vid.* Dn. Tab. *de metat.c.6.n.5.& ſeq.* Contrariū verò communiter obtinuit: vid. cum aliis à ſe laud. Borcholt. *in d.c.nn.n. 20.* Thom. Michael. *d.jdict.c.46.a.* D.Reinking. *1 cl.5. c.3.n. 16.ſeqq.* D.Sixtin.*d.c.1.n.18.* Reichs-Vogt. Apologi.*prælim.8.p.66. & c.15.p.469.* D. Myler. *de Stat. Imp. c.36.n. 4.* Becker. *lib.3.c.4.n.16.fin.* &c. quorum plerique *reverà & propriè differre*; alii vix differre, proindeq; opinionem diverſam tantopere non improbandam cenſent. *vid.* Dn. Hugo *d. c.3.n.2.* nec deeſt, qui magis tamen Ddrum à ſe (quamvis tantùm non omnium gratis) cit. auctoritate, quàm aliis bonis argumentis nixus, *accuratè diſcerni* duo illa juſſit. M.Buſch. *d. m.1. §.38.*

Differentiæ modum ſeu rationem ſi quæſiveris, unô quaſi ore hanc reddent; quòd *qui regalia habet non ſtatim ſuperioritatem territor. habeat quoque* ; *exadverſo autem qui hâc, non tamen illâ etiam careat.* Secundum quæ differrent ceu *majus* & *minus*, aut *totum* & *partes.*

Digitized by Google

Equidem in *ſtrictiori* ſenſu pro *juribus fiſcalibus*, nutz bare regalien, ſi *regalia* accipiantur, diſcrimen ita evidens eſt, ut indicaſſe ſufficiat. In *latiori* autem, ſi quid nos cernimus, idem diſcrimen eſt, quod majeſtatis & jurium majeſtaticorum, ipſius ſuperioritatis territor. & jurium territorialium, quod peculii, ut ex jure etiam privato afferamus exempla, & rerum peculiarium, dotis & rerum dotalium &c. Vis Scholaſticis formulis rem deſcribi? *regalia* habere ad ſuperioritatem, uti *partes ad totum*, quod vocant, *poteſtativum* ſ. univerſale, diceremus. nec enim dubito, *eadem omnino* cum *juribus ſuperioritatis* eſſe, in vernacula quoque commune nomen, Herrligkeiten/ſortita. Prout ipſa *ſuperioritas*, hoc vocis è *Gall.* & *Ital.* ad nos traductô uſu, ſummam in rep. poteſtatem ſ. *majeſtatem* denotat, ac proinde à *regali poteſtate* nihil amplius diſtat quàm *ſpecies* à *genere*. *Dignitas* autem *regalis*, Principum, ſc. Comitum, Baronum, nec cum *ſuperioritate territor.* nec cum *jurib. regalib.* vel eadem eſt, vel neceſſariò conjuncta; ſed quomodo aliàs *dignitas* & *poteſtas*, ita & hæc diverſa ſunt. de quo etiam Sixtin. *d. lib. 1. c. 3. n. 1. ſeq.* C.P. Giſſ. *vol. 1. D. 6. c. 5. lit. e.*

Quibus nunc ita conſtitutis, rectè ſtatui patet poſſeque fieri, ut (1.) qui de *regalibus* inveſtitus, *ſuperioritatem* tamen *territor.* non habeat; & (2) qui æquè de *hac* & *illis* inveſtitus, nec tamen *dignitatem regalem*, habeat; & *hac* denique (3.) cui conceſſa, *regalium* tamen & *ſuperioritatis territorialis* expers ſit.

Sic (1.) non tantùm multi *illuſtres*, ſed & *Civitates municipales*, *territoriô* carentes utrique; *regalia* ex *inveſtituræ* aut alio juſto titulo tenent exercentque. De *illuſtribus*

bus nullum dubium. de *municipiis vid.* Sixtin.*d.lib.1.c.4. n.84.ſeq.* Knipſchild. *lib.1. de civ.Imp.c.3. & 4.lib.4.c.1.* Benjam. Lüber.im Magdeb. Stahel-Unfug. *n.242.ſeq. 252.ſeqq. & n.903.* Joann. Dauth. ap.Klock.3.conſil.*134. n.24.175.ſeq.* Porro (2.) *Civitates Imp.* & multi *Nobiles* Immed.*regalia* ac *ſuperioritatem territor.* non autem *regalem* unà *dignitatem* habent. Et contra (3.) *dignitate iſthâc* innumeri effulgent, *territorio* & *territorii juribus* ſ. *regalibus* planè deſtituti; non comites tantùm & Barones, ſed & Duces, Principes &c.

Verbô, *ſuperioritas territor.* ceu & ipſum territorium eſt *univerſitas* quædam, ſi non *juris*, ſaltem (*vid.* de hac diſtinct. Coſtan.*c.2.de j.dot.n.4.ſeqq.* Hillig. *14. d.E.c.4.* D.Feltm.*c.18.d.tr.n.39.ſeq.*) *facti* aut *medii generis*; *jura* autem *ſuperior.* ſeu *regalia* ſunt rerum *ſingulæ*, ex quarum, ceu *partium*, aggregatione *univerſitas* iſta, ceu *totũ quoddam*, conſiſtit. prout eadem de *majeſtate* & *juribus* majeſt. Politici nonnulli docent.

§. 10. Heîc vero obſervamus, non res modò *ſingulas*, ſed & *univerſales* ſ. univerſitates, feudi *Objectum* eſſe: quo de ârticulo longa eſt diſputatio ap. *Patrem FF.* Iſern. *ejuſq. Addition.* Nard. Lipar. *in II.F.2.n.4.* add. D. Struv. *c.6. de feud.a.10.*

Ejusque inſignia cumprimis exempla habemus in feudis *Principatus*, *Comitatus*, *Baroniæ* &c. quatenus ea ex variis terris, caſtris, hominibus, dominiis eorumque pertinentiis & aliis rebus incorporatis, juribus item regalibus &c. Impp. in *Ducatum*, &c. *uniunt*, *creant*, & *erigunt*. nam hâc ferè formulâ ipſi utuntur. *vid. Diplom.* ap. Cl. Meibom. *in diſſ. de erect. Duc. Brunſvic. p.m. 505.ſeq.510. ſeq.*

ſq.& ſup.c.9.§.10.fin.alleg. Beſold. *c.5. de increm.Imp.n.3.* Docum.rediv. Würtemberg.*præfat.p.1.& 4.* D.Merckelbach. *int.* Klock. *conſil. vol. 1. conſ.7.n.776.ſeq.* Werden auß vielen Particular-Stücken / ſo wol *allodial-* als Lehen / zuſammen gebracht und ein *corpus individuum* und Fürſtenthum darauß gemacht / welches mit allen ſeinen *partibus integralibus* vom H. Reich zu Lehen rühret: prout de *Land-Graviatu Haſſ.* loquitur Deduct. cauſ. princip. Heſſen *contra* Heſſen.*n.131.ſeq.*

Aliâ quoque ratione velut *univerſale* feudum eſſet, quando maritus de re aliqua *ſingulari*, ſed *dotis* nomine inveſtiretur. *Dos* ſiquidem jus univerſale ſ. *univerſitas* eſt, quale feudum, uti *pignoratitium* debitô, ita *matrimoniô ſolutô* diſſolveretur, adeoque novum *feudi revocabilis* ſpeciem conſtitueret.

§. 11. Præterea definitio *ſup. §. 1.* propoſita 2. hinc quoque arcet res, *uſus fr.* & quidem veri haud capaces. *Veri*, inquam; nam *in 11.F.23.* Obertus non *quaſi uſus fr.* meminit, ſed ſimpliciter & abſolutè *uſus fructus*; quique ita habeat, ut ad accipientis ſ. vaſalli heredes in *perpetuum* (*add. c.7.extr.de his quæ fiunt à Prælat. &c. c. 2. §. ſanè. de decim. in 6.* in verb. *in feudum perpetuô conceſſa*) pertineat &, quô omne dubium reſecatur, *rei immobilis* ſit. *jung.II.F.1.verſ.ſciendum. I.F.1.§.1. & ult.* Atqui in *qſ.uſufr.* res ſunt, quæ uſum non perpetuum, ſed *temporalem* præbent, aut ipsô potiùs uſu pereunt. *§.2.j.de uſufr.t.t.ff.de uſufr.ear.rer. quæ uſu &c. add.* Roſenth.*c.4.quæſt.7.lit.A.& ibi alleg.*

Nec obſtat, quod feudum in *pecunia* conſtitui poſſe videatur; qua de re diligens eſt tractatio ap.D.Struv.*c.4.*

aph.2.

Digitized by Google

aph.2.& ſeqq. Præterquam enim, quòd hoc genus feudi *impropriis* & quidem ratione *eſſentiæ* talibus foret accenſendum; non improbabiliter quis diceret, & ita *jus* magis *percipiendæ pecuniæ* vel redit⁹ &, quam ea ſupponit, *præſtandi* (voce hâc latiùs ſumptâ: *vid.* D. noſt. *XI. ad I. obſ.6.p.2.*) neceſſitatem, quàm *pecuniam* in feudo teneri. *arg.II.F.1.verſ.ſciendum.& tit.2.§.1.ibiq́; Dd.*

§. 12. Requiſitum 3. fuit, ut *res*, feudi *objectum* futura, emolumentum *aliquod* idoneum habeat, absque hoc enim *beneficii* nomen & *uſus fr.* non mereretur. *jung. II.F.23.* ibi: *per quam fidelis accepti beneficii &c. & verſ. imprimis.cùm ſeq.* Iſern. *II.F.25.n.1.& 2.* ibi: *eſſet ſibi inutile, nec haberet uſum fr. & commoditatem aliquam inde, quod exigitur.&c. ut ſit uſus fr. commoditas vel utilitas, ob quam datur; nec poteſt commutari jus publicum &c.* Putat autem nonnemo *feuda oblata* hâc parte præferenda & opimiora eſſe *cæteris:* Die gute Lehen ſind alle freywillig auffgetragẽ / die ſchlechte allein auß Gnaden gegeben &c. ait Nobiliſſ. à Gemmingen *ap.* Beſold. *lit.R.n.37.* Quod cum grano ſalis & temporum diſtinctione accipiendum.

§. 13. Poſtremo additum, ne 4. ejus ſint indolis, ut *reverti ad Seniorem* neſciant. quæ quoque *conditio nummos* & pleraſque alias res *mobiles* excludit; utpote *fructus* quidem & *commoda* non pœnitenda vaſallo allaturas, ſed queis dominica *proprietas* funditus tollatur omniſque indè *reverſionis* illius *ſpes* decollet. conf. Iſern. *d.n.1. & 2.* Klock. *3.conſil.124.n.50.ſeqq. ſup.§.10. in fin.* utut *ſpem* iſtam *ſubjecti* conditio quandoque totam ferè *præcidat*; quod accidit in feudis *ad manum mortuam* ſeu *in liberam eleemoſynam*; Crag. *I.F.10.& 11.in fin.* item regno ipſi, quod non moritur, conceſſis &c. *vid.* Pac. Oſnabr. *art.*

br.*art.10.* Dixim⁹, *ferè.ſubjecti* enim interitu, naturali maximè, quamvis nequeat; aliis tamen cauſis *ſpes* illa in rem actumq; excitari poteſt, de quo *inf. c. de amiſſ. feud.* unde etiam diverſitatis apparet ratio, ob quam vid. in *ſubjecto* aliud quàm in *objecto* hîc obtineat.

§. 14. De cætero ex dictis haud difficulter intelligi poterit, quæ præterea res feudalem contractum ſubeant. ſed & illud expeditum, poſſe vaſallum bona ſua *feudalia* alii ulterius in feudum dare eumque ſibi, velut in *ſubſeniorem* commutato, *ſubvaſallum* facere: quæ *ſubinfeudatio* dicitur. *vid. uberr. comm. d. ſubfeud.* Andr. Kohl. *cum not.* D. Wilh. Anton. *Conſil. Haſſ. & tandem Cam. Imp. Aſſeſſ. uti & Diſc.* Periluſtr. mem. Dn. Wolfg. Crat. Comitis à Kirchberg &c. *olim convictor. & Domini noſtr. gratioſ. hic habita.* Par autem ratio facit, ut *Seniori* nudam ſuam *proprietatem* aliis in feudum tradere non minùs integrum credamus; etſi ex *FF. noſtris* vix quisquam ea de re moneat. Ita *Sereniſſ. Haſſ. Land-Gravii directum dominium* Comitatus VValdec. ex quo, oblatione ab *illuſtr. VValdeck. Comitibus* factâ, iſtud acquiſivére, Imp. & Imperio rurſus in feudum cefferunt. Heſſ. Deduct. *contra* Waldeck *art. 9. ſbiq.* in Beylagen *lit. E. verſ.* auch die Grafſchafft Waldeck ꝛc.

Id denique tritiſſimum, bona, à feudi nexu libera, *allodia* dici & hôc nomine feudalibus vulgò opponi. Cujus vocis quam varia & multiplex conjiciatur origo, omnes novimus. nulla fortaſſis concinnior, quàm ſi tenemus, uti *feodum* ex fee & ode q. d. *ſtipendiorum bona*, notatione primæ rei origini proximâ, *vid. ſup. c. 1. §. 11. c. 2. §. 1. &c.* annon ita, *allodium, allode, allodis* ex alle & ode q. d. *bona plenô jure noſtra* vel *vulgaria*, alls aut allerley Goed/ coaluerit. &c.

Digitized by Google

CAP. XI.

§. I.

S*Vbſtantialem* ſeu *eſſentialem* feudi *formam*, eamque *ſpecificam* ac *propriam*, in *fide* ſeu *fidelitate* conſiſtere, quotquot de *feudi forma*, *definitione* item *reali* vel *nominali* hactenus quicquam commentati, monuiſſe *omnes* atque inculcâſſe videmus. *add. ſup. c.2.§.5.& 6.* ut perinde ſit, hanc in rem nemo an omnes allegentur. Unus omnium loco loquatur G. Schulzius, cujus in *c.2. de F. n.12.* hæc ſunt verba: *Forma* feudi *fidelitas* eſt. Quô ipsô feudum ab omnibus aliis juribus *plenè* & *perfectè* diſcernitur, quod eſt *differentiæ ſpecificæ* officium.

Inventi tamen fuére, in dubium vocare auſi, non quidem utrum in *fide*, ſed an in hac *ſola*, rectè collocetur eſſent. feudi forma? *Quamvis enim*, inquiunt, *fides ponatur; non tamen oppido poni feudum: cùm & alia ſint negotia, in quibus præſtetur fides. At verò poſitâ formâ formatum poni neceſſum eſſe* &c.

Celeberr. D. Vultejus, qui argumentum hoc, ex *Conſil. Oldr. Dec. Socin. Menoch.* depromptum, *in I. F. 6. n. 8.* ſibi objicit, eò uſque cedit, ut *fidem* non *ſolam*, ſed *innexam uſufr. in re immmobili conſtituto* formam feudi eſſe largia-

tur:

tur: ita quidem, ut quod *fidei*, tanquam *formæ propriæ* in feudo *deeſt*, id *fidei* in rem *immobilem*, cujus *uſusfr.* vaſallo conſtitutus, *innexione* quadam *abſolvatur* & *impleatur.d. c.6.n.9.& c.12.n.2.* Facem D. Vultejo præluxêre quodammodo *vett.* FF. quando feudi *ſubſtantialia* complura & quidem, connumeratâ fide aliisq; præter rem meritumque in hunc cenſum relatis, numerô *ſeptem* conficiunt. *vid.poſt antiq.* Mozz. *rubr. de ſubſtant.feud. n.4. & ſeqq.* Guerr.Piſ.Soac. *de prælud.feud.c.10. & ſeqq.* Propius autem accedunt, &, ſi commodâ interpretatione juventur, *Vultejo* ferè conſentiunt, qui *ſubſtantialium* iſtorum *ſpuriis* pleriſque ejectis, in arctius redegêre numerum, recentiores Feudiſtæ. Joann. Schoner. *p.1.D.1.n.12.* ubi *eſſentialem* feudi *qualitatem* vocat, quod illud in *re immob.* per *inveſtituram* conſtituatur & de eo *fides* præſtetur. & *D.5.n. 2.* ubi *inveſtituram* quoque contendit eſſe de *forma feudi.* Roſenthal. *c.2. q.53. & ſeqq.* cum aliis more ſuô alleg. Crag. *1.F.9.p.46.* Ichnogr. F. Kirch. *n.28.& 45.* D. Vultejũ autem paucis immutatis ſequitur *Magnif. olim hujus Acad. Cancellarius* D. Antonii, *ſocer ſoceri m.vener.* Dn. D. Tüllneri &c. *fidelitatem*, ſcribens, *juri in re conſtituto innexam* eſſe *formam feudi*, per *quam feudum eſt, id quod eſt,* &c. *D. 1. § 2. lit. F.* ubi plures, quibus add. Bocer. *de ſubſt. F. c.1. n. 10. ſeqq.* Finckelth *D.1.c.1.lit.a.* ibi· fides eſt *pars* intrinſeca *ſubſtantiæ* feudi. Freder. à Sande *tr.1. ad conſuetud. Geldr. tit.3.c.2.§.3.n.3.*

§. 2. Sed de his poſtmodum videbimus. Interim *argumentum illud* num aliâ quoque ratione, quàm ut concedatur, quòd D. Vultejus cæteriq́ue conceſsêre, elidi poſſet aut devitari, experiamur. Quid enim ſi ad *majorem* reſpon-

Digitized by Google

reſponderetur regulam philoſoph., *poſitâ formâ ponitur formatum* ſeu *forma dat eſſe rei &c.* non ita abſciſſe debere intelligi. nam licèt *forma quaſi complementum* eſſe concedatur & *ultimum id, quô poſitô ſimul aut veſtigio res conſtituatur in eſſe ſuo ſpecifico*; quæ ipſa propè verba ſunt Cl. Stahlii *in n.2.D.9.reg.4.n.12.* attamen re universè ſumptà cæteras cauſas excludi non poſſe atque adeò *Effic. materialem* &c. ſaltem mediante formâ, itidem *dare eſſe rei*, in aprico eſt. Stahl. *d. reg. n.7.ſeq.* In præſenti igitur ut demus, prout veriſſimum eſt, non ſolam *fidelitatem*, ſed cætera quoque illa Ddrum *ſubſtantialia* feudo *eſſe* ſuum *dare*, & *illâ ſolâ* poſitâ, niſi & *iſta* adſint, feudum non poni; ex eo tamen, *ſubſtantialia*, quæ diximus, ad feudi potiùs *formam* quàm aliam cauſam ſubſtantialem, *effic.* puta vel *materialem*, pertinere ut inferamus, nulla cogit ratio. Quinimò res ipſa loquitur, & in ſuperioribus oſtenſum fuit, *inveſtituram* & *rei immobilitatem*, quæ duo *fidei* à latere potiſſimùm collocant, feudi non *formâ* ſed *cauſâ effic.* & *objectô* contineri.

Deinde poſſet quoque reſponderi, *argumentum* eſſe reſtringendum ad eam *fidem*, quæ hujus loci propriè eſt, *feudalitiam* nempe vel *vaſalliticam*, & proinde ſic formandum:

Quô poſitô non ponitur feudum, id non eſt forma feudi.
Atqui poſitâ fide (vaſallitica) *non ponitur feudum.*
Ergò, fides (vaſallitica) *non eſt forma feudi.*

Hanc illi minorem ſuam, *poſitâ fide non ponitur feudum*, facilè probant. *nam & ſubditi*, ajunt, *magiſtratui ſuo fidem debent præſtantq́, nec tamen eâ re vaſalli ſunt.* Id quod optimè veriſſimèque dicunt; & ſane, quò pluribus rebus

& ipſius jamdum nominis, *ſubditorum*, *fidelium*, lieber ge-treuer/promiſcuò uſu conveniunt ſæpeque confunduntur duo iſta *hominum* aliis *obnoxiorum* genera, eò diligentiùs debent & curioſius diſcerni. Noſtra autem minor, (cùm non ex quavis, ſed ex *vaſallitica*, in *ſubditos* neutiquam competente fide, feudum velit elicitũ, proindeq; *negativè* concepta liquidò falſa ſit, vel ipſis diſſentientibus contrahiſcere non auſuris) hôc modò, eliminatâ particulâ *non*, enuncianda erit: *Atqui poſitâ fide vaſallliticâ ponitur feudum.* quô factô, unàq; ex majore duabus *parti-cul. negant.* ſummotis, concluſio affirm. prodibit hæc: *Ergo fides vaſallitica eſt forma feudi.*

Annéergo in iſta *concluſione* acquieſcemus ipſamq; faciemus noſtram? Equidem haud perſpicio, quid morari admodum nos debeat. modò adjectum *vaſallitica* ſeu *feudalitia* verbum dextrè explicetur pleniùſque reſolvatur. Bocerus *feudalitiam fidem*, hâc ipsâ formulâ uſus, interpretatur *cum jure in re conjunctam* & in eo *formam eſſentialem* feudi *abſolutam* & *perfectam* eſſe arbitratur. *d. c. 1. n. 10.* Hotomannũ fortè in *c. 30.* aut Giſanium ſecutus, qui in *c. 3. de feud n. 21. 23. 26.* feudi *naturam* & *vim* non modò in *fide* & *hominio*, tanquam *jure perſonæ*, ſed etiam in *jure rei* ſeu *q. dominio* poſitam eſſe, eleganter ait. *add. c. 13. n. 1. & 15.* Rittersh. *1. F. 3. n. 3. & pleniùs lib. 2. c. 1. n. 2. ſeqq.* In idem planè recidit ante laudati D. Canc. Antonii doctrina. nec D. *Vultej.* multum abit, niſi quod ad feudi *objectum* ejuſvé qualitatem ſeu formam pertinentia immiſceat; ſimiliter ac *Schoner. d. Ichnogr. Feud.* &c. quæ *cauſam* feudi *efficientem* informat, *inveſtituram* huc traducunt. Diſtinctionem & uberiorem interpretationem ut *formæ*

feudi

feudi *eſſentialis*, ita *verborum illorũ*, ſuppeditat Dn. Struve *c.2.a.3.n.2.& 6. a.5.& 6.* quando eum in finem conſiderat & proponit varias habitudines, ex *domini, vaſalli* & *rei* feudalis invicem facta collatione reſultantes, queis & *dominium* cùm *directum*, tùm *utile*, & ad *feidem domino* præſtandam obligatio producatur. Quam vero vaſallo dominus *fidem* debet inter ea, eſſentiam feudi quæ *neceſſariò conſequuntur*, quàm *quæ conſtituunt*, apparere maluit vir Clm[us], diverſitatis rationibus haud additis. *d. aph.5.* Tandem Dn. Schütz. *illuſtris olim Anteceſſor noſter, nunc Conſiliar. Imp. Aul. in comm. Feud. mſſ. c.7.* feudi *conſtituti formam eſſent.* vocare ſe inquit, *quòd rei alicujus dominium directum penes concedentem remaneat, quaſi dominium verò ad accipientem tranſeat, ita tamen ut alter alteri fidem ejus ratione præſtare teneatur.* Quibus utique verbis, *incomparabili judicio vir*, luculentè ſimul & accurate *formã* feudi definivit, eâdemq; operâ, quæ vis verbi *vaſallatica*, expoſuit. Poſt quem *Homerum* reliquum nobis nihil videtur, niſi fortaſſis per *partes* rei eundo, ſingulas peculiaribus & *ſcholaſticis formulis* complecti dictorumque rationes ediſſerere velimus. Id ergo nunc agamus.

§. 4. Præmittimus autem; (1.) *formam* nos perveſtigare *feudi* pro *toto complexo*, ut vocatur in *Ichnogr. Feud. Præſ. Magnif.* D. Tabore *ad diſput. hic propoſ. n.5.* h.e. non *vaſalli* tantùm ſed etiam *Domini* pro *jure* accepti. *retroſpic. ſup. c.2. §.2. & ſeq* (2.) hoc in ſenſu *feudum* eſſe aliquod *totum poteſtativum* ſeu *compoſitivum* ex variis *jurium* ſeu *poteſtatum* & habitudinum moralium figuris: *add. d.c.2. §.3. & ſeq. c.3. §.3. & c. præced. 10. §.9. item p.2. noſtr. Diſp. ad Inſt. 2. obſ.5. n.2. ſeqq.* cujusmodi *entia* jurid.

compoſita, in bonorum auctorum & LL. noſtrarum uſu, unô *juris* nomine efferri ac ſignificari jamdudū conſuecverunt. (3.) *jus* igitur vel res *incorporalis* ſi feudum eſt, *corporale* quid ad ejus *formam* pertinere non poſſe: conf. *d.c.3.§.3.* (4.) pertinere autem omnia illa, quæ *ſubſtantiæ* ſeu *eſſentiali feudi conſtitutioni* aliquid intribuunt, nec tamen de cauſa ejusdem vel *effic.* vel *mater.* vel *fin.* ſunt. (5.) ſolam *fidem*, utpote pro *obligatione* ſ. obligationis ſpecie communiſſimè habitam, vel propterea non ſufficere, quia feudum unanimi Dd. ſententia per *jus* aliquod *in re* definitur; quale *jus* quopiam *obligationis* genere vix ac ne vix quidem; non certè *eô ſolô*, induci ac formari poterit. *arg.l.3.pr.ff.de O.& A.l.20.C.d.pact.* D. Vultei. *1.F.10.n.10.verſ.cùm a.* vid. *d.D.2.obſ.5.n.2.ſeq.* Rittersh. *2.F.1.n.2.*

Quibus ita poſitis *formam eſſent*, feudi deſcribimus eſſe *unionem* ſ. *mixturam* quandam *habitudinū* illarum & *qualitatum moralium, ex quibus* cùm *jura in re, directi & utilis dominii*, tùm *jura ad rem & perſonam* vaſalli ac *ſenioris*, iisq; reſpondentes *obligationes* de mutua *fide* atque eò ſpectantibus *officiis*, intercedente *re feudali*, effloreſcunt; aut, eſſe illam in *omnium horum invicem combinatorum & unitorum præſentia*. Diximus.

§. 5. (1.) *habitudinum &c. ex quibus jura &c. effloreſcunt.* ipſa enim *jura* ipſasque *obligationes*, accuratiùs cuncta digeſturus ad *effectum* referre, non ad *formam* debebit. nec aliud crediderim ſenſiſſe Dd. quando *jura obligationemque* domini ac vaſalli, *iisdem in commentariis*, primùm *formæ*, deinceps verò *effectui* transſcripſerunt. Sic enim exaudire malo *Viros eruditiſſimos*, quàm *contradictio-*

Digitized by Google

dictionis alicujus aut *abſurditatis* poſtulare. Præſertim cùm *juris obligationisq;* nomina *ſimul* & *effectum* & *cauſam* ſignificare jamdudum didicerint, edocente nota illâ vocabulorum majore, quàm rerum *penuria*; ceu ipſis ex *LL.noſtris* alias conſtitit. Cauſam ergò haberet Dn. Canc.Antonii, cur ægrè ferret, eô loci, ubi de *feudi forma* agitur eaq; in *fide conſiſtere* traditur, ceu *diſſentientē* & qui in *ſua Diſp.7.th.1.fidem ad affectus feudi* retulerit, ſemet *ſolum* notatum eſſe. *d. Ichnogr. Feud.n.45.* Quippe quod ipſe non tantùm in *D.1.th.2.lit.F. fidelitatem eſſe formam feudi, quô à cæteris cognatorum jurium ac negotiorum ſpeciebus potiſſimùm illud diſcernatur, &c.* ſignanter & apertèque docuerit: ſed quoque in *d.D.7.th.1.magis obligationem* ad *fidelitatem*, quàm *hanc ipſam*, ex *feudi conſtitutione* (ſic ait, non e *feudo*; quæ duo interdum diſtinguunt Noſtri. *V.* Roſenth. *c.8.q.1.n.3.*) promanâre aſſerit. Et ſi *fidem ad effectum feudi*, totidem verbis, expreſsè retuliſſet; non *ſolus* id feciſſet, ſed cum omnibus ferè *Feudiſtis*, quos vocamus, qui, ante vel poſt eum, de hoc articulo literis quicquam conſignârunt. Quinimo in *ipſa Ichnogr.* & protinus quidem *ſeq.n.46.48.50.* vinculum *mutuæ fidelitatis* ſeu *obligatio ad fidem* inter *effectus* feudi diſertiſſimè connumeratur.

Legiſſe autem Dns. Antonii videtur veſtigia *Ioann. Schoneri*, utut non ipſum ſed *Vulteium* alleget, qui in *p.1. feud.D.8.ſt.1.& 23.* (in lucem prodiére hæ *Schoneri Diſpp.* Anno Chriſti *1596.*) docuerat, *fidelitatis obligationem ex feudi conſtitutione & acquiſitione naſci tanquam effectum ex cauſa, & præcipuam eſſe inter obligationes feudales.* conf. *Zaſ. Obrecht.* Willenberg. *Bocer. Gudelin. D.Tabor in ſyn. feud.*

Digitized by Google

feud.diſp.Argentor. An. 1640. D.Struv.Schnobel.Zoeſ.&c. Nec qui ita loquuntur, modò *juris obligationisq;* vocabula diverſimodè ſumant & ſumere non neſciant, ſibi contradicere putandi ſunt; haud magis, quàm in *jure civ.* qui *verborum obligationem & eſſe contractum & deſcendere ex eodem* perhibent. Prorſus ex animi noſtri ſententia Hub. Giſanius, (cujus, *Collega ſui*, acre judicium ac ſummam in legum nodis explicandis peritiam eruditionemque variam ac planè ſingularem jamdiu admirari ſe ac ſuſpicere ſcribit Andr. Fachin. 4. *controverſ.97* quod elogium eò etiam lubentiùs adducimus, quò rarius hodie, collegas, non dicam tàm operoſis & per publica monumenta divulgatis laudibus proſequi, ſed non perſtringere, exagitare pipuloque non differre &c.) in *c.13. de feud.* quod his verbis orditur: Et hac de re, *jure ſenioris & vaſſalli*, jam eſt explicatum, ubi *de natura feudi*; quia tamen, *poſt* feudi *conſtitutionem* & *acquiſitionem*, ſolent Interpr. & *non alienô locô* poſtea explicare de *feudi* jàm *conſtituti* & acquiſiti *jure* & *effectu*, ut videre eſt apud Ardiz. Zaſ. Sonsbec. Duaren. Hanneton. Hotom. *Nos quoque* de eo *hic* explicabimus. &c.

§. 6. (2.) *Directi & utilis dominii &c.* Uſu jampridem receptæ inque ipſis rerum argumentis fundatæ ſunt hæ *dominii ſpecies*; ut *legum priſcarum* auctoritatem, quamvis nec eam penitus deficientem, *arg. l. 74. ſeq. ff. de rei vind. l. 12. C. de fund. patrim. auth. ſi v. C. de Hæret.* fruſtra hic deſiderent nonnulli, JCti alioquin longè præclariſſimi, Duarenus, Cont. Briſſon. Ungepaur. Baro, Balduin. Forſter. Niell. &c. ipſoque ante omnes nominandus Cujacius. *vid.* Rittersh. *I.F.3. n.4. & II.F.2. n.2.*

Crag.

Crag. *1. F. 9.* Giſan. *di viſ. jur. n. 35.* ubi q. dominium recipi poſſe largitur. Bachov. *vol. 1. ad Treutl. D. 15. 8. 1. ſeq.* latè D. Franzk. *c. 14. de Laudem. n. 8. ſeqq.*

Aliis nominibus appellantur dominium *ſuperius, principale*, das mehrere / Grund- und Ober-Eigenthum / Grund-Gerechtigkeit; & contra *inferius, ſecundarium*, das mindere / nutzbare und nieder-Eigenthum / erbliche (Erblich idem hic denotat quod *proprium*, eigen; alia & hinc aliena eſt, pro *hereditario* & *hereditate*, ejusd. vocis, Erbe / Erblich acceptio. quam *verbi Germ.* homonymiam ad Latina, *hereditatis, hereditarii*, vulgari errore olim translatam, hisq; itidem *dominium, bona propria* &c. ſignificata fuiſſe, veſtigia ejus rei in *teſtam. ap.* Naucler. *in vita Caroli M. Imp.* Leg. Ripuar. *tit. 56. n. 1. & 3.* Angl. *tit. 6. §. 5. 8.* Sax. *tit. 7. &c.* relicta, oſtendunt. *conf. ſup. c. 1. §. 10. fin.*) Nutzbarkeit. *jung.* Beſold. *th. pr. lit. G. n. 85.* D. Feltman. *c. 14. de j. rer. n. 8.*

§. 7. Forma a. dominii tàm *utilis* quàm *directi*; *forma feudalis*, qua de agimus, partem faciens; in certo conſiſtit *poteſtatis in re modo*, ſtatutis feudal. *conf. 11. F. 8.* ibi: *rei hanc habet poteſtatē.* definitô & efformato. qui mod⁹ qualis ſit, in *doctrina* de *effectu ſpecialiter* commodiusq; exponetur. interim obſervandum, in ipſis quidem *FF. libb.* & eorum *interpret.* dominium *utile* etiam *uſusfructus*, & *directum proprietatis* nomine crebrò venire, adeò ut magni JCti *uſumfr.* eſſe verum ipſi⁹ *feudi genus* contenderint: *arg. 1. F. 25. II. F. 23. ibiq.* Cujac. &c. ſed fallendo veluti factas eſſe has nomenclaturas, & ſigillatim *uſusfructus* vocabulum, quemadmodum in LL. Rom. ſumitur *proprietatiq;* opponitur, elumbe nimis anguſtumq; eſſe, quàm ut vim atque amplitudinem illius *juris*, quod vaſallus *in re* feudali ha-

bet, ne quod eidem *ad perſonam* ſenioris competit attingamus quidem, exprimere atque implere valeat. Vt non immeritò exclamet *Thom. Cragius* : Quis Rollonem Ducem Normanniæ, cum in Normannia nomine feudi inveſtitus fuit à Carolo, *ſimplicem* tantùm *uſumfructum* accepiſſe dicet? aut præſentem Ducem Saxoniæ, Marchionem; Brandenburgenſem, Palatinum Comitem, tantum eſſe *uſufructuarios ſuarum ditionum*? Noſtri ſanè inſanirent, ſi eos non eſſe *dominos* ſuorum prædiorum, ſed tantùm *uſufructuarios* diceremus. &c. *in 1.F.9.* add. Cl. Mejer. *de Feud. vindic. n.20.* ibi: Vnde *Principes & Status Imp.* ſemper dicunt : Unſere Stätte / Dörffer / Land und Leute : quod alius *uſufructuarius* de *re fructuaria* dicere jure non poteſt.

Vſusfructus certè, præter *utendi*, *fruendi* poteſtatem, eamque ad *heredes haud tranſitoriam* nihil tribuit; nullum *alienandi* aut de re *diſponendi*, ejuſque poſſidendæ jus. ipſa imò uſusfr. *forma eſſent.* poſcit, ne aliter quis utatur, quàm ſalvâ omnino rei ſubſtantiâ. Ex diverſo *juris vaſallitici* ea *vis* atque *indoles* eſt, ut, præter *civilem* veramque *poſſeſſionem* & *utendi fruendiq;* jus *perpetuum* ac pleniſſimum, non modicam quoque *cæteri dominii, proprietate* ſ. *diſponendi* illâ *facultate* contenti, parere *partem* vaſallo parareque nôrit. *confer.* Hotom. *c.34.* Rittershuſ. *1.F.3.n.4. & c.4.n.4.* Audiamus hîc *ingenioſiſſ. Giſanium*, qui *feudô*, ſcil. ad *jus vaſalli* relatô, omnes ferè *effectus & jura dominii* contineri ſcribit, in *c.4.d.tr.* & contrà, *ſenioris dominium nomine potiùs quàm re dominium* videri. (Annũ & hinc factum, quòd hujus *dominii* jura *negligentius* tractata ab *Interpretibus*? de quo *ſup. c.8.pr.*) Multò igitur nobiliorem, robuſtiorem, fœcundiorem & amplio-

ampliorem *juris vaſallitici* formam eſſe oportet, quàm ejus *uſusfructus*, qui notâ *ſervitute perſon.* continetur. *Is* imò, ſi rectè exputamus, exilis duntaxat particula *juris illius* eſt, quâ ſibi adſcitâ cùm reliquæ nonnullæ *dominii partes* nobiliores, tum intermixtæ *aliorum jurium* figuræ, omnes invicem unitæ, *jus demum vaſalliticum* producunt conſtituuntque. *Cujus* adeò *formam*, aliô *poteſtatis* pede modulôque, longè aliô *uſusfr.* metiri *formam* debebit, ſi cui jura iſthæc, *nominibus* quidem promiſceri jampridem cœpta, *rebus* ipſis exactè diſcernere curæ eſt.

§. 8. Diximus (3.) *jura ad rem & perſonam* &c. iisque *reſpondentes obligationes*, &c. *Iura perſonæ* ſeu perſonalia vocantur ab Hotom. Rittersh. & Giſan. *ſup. alleg. loc.* & definiuntur iisdem verbis, quibus *obligatio* in *pr. 1. de oblig. l. 3. ff. de O. & A.* Cum tamen *juris* hujuſmodi & *obligationis* æquè diverſa ſit natura ac patris & filii, dominii & ſervitutis, actionis & paſſionis &c. vid. *Diſp. ad Inſt. noſtr. p. 1. D. 1. obſ. 3.* quamvis vocabulum *obligationis*, JCtorum uſu, *jus* quoque *ad rem* vel *perſonam* denotare, inficiari nolimus, & *ſuprà* innuerimus. quâ de re ap. vetuſtum Practicum P. Jacobi., *in pract. rubr. de condict. ex lit. oblig. fol. 51.* hæc habentur: *obligationem* ſignificare obligantis *actionem* quandam ſeu actum & obligati *paſſionem*. & Guilh. Poſtello *lib. 3. de Orb. concord. c. 2.* obligatio dicitur *inter agentem & patientem actio*, de *utroque* participans. *confer. d. D. 1. obſ. 3. n. 20. & ſeqq. & n. 46.*

Quicquid vero de *nomine* ſit, *res* ſanè, relatorum ſcil. ritu ac ordine, *diſtinctæ* manent, & *ſemper unà* ſunt, *alterâ* alteram nunquam deſerente. unde hactenus, in *deſcriptione* noſtra, mentio *alterutrius*, ſeu *obligationis* ſeu *juris* eam reſpicientis, ſufficere potuiſſet. Nam quòd

vir ſummus H. Grot. *lib. 2. de I. B. & P. c. XI. §. 3.* ipſiſque aſſenſus *in not. ibid.* Dn. Felden. *nec non* Dn. Feltm. *c. 26. de j. in re & ad rem. n. 11. & ſeqq.* iſtam reciprocationem non admittunt, ſed *multis caſibus*, quæ ſunt Grotii verba, *evenire* putant, *ut obligatio ſit in nobis, & nullum jus in alio: ſicut in debito miſericordiæ & gratiæ reponendæ appareat.* &c. atque *ita juſtô naturali univerſali*; hæc ex Feldeni nota, *quem obligari, ut pauperi ſuccurrat, pauperem v. jus exigendi non habere; nec magiſtratum vim addere.* Id nobis, ſi pace *laudatiſſ. virorum* candidis eſſe licet, non perinde placet, quàm *Seneca* philoſophia, partem in *d. D. noſtr. 1. obſ. 3. n. 8. & ſeqq.* ſuſcepta. Fatemur quidem *debile* eſſe *jus*, nec *tali vi, qualem magiſtratus addere* poteſt ſoletque, armatum ſemper, quod *obligationis*, v.g. ex *miſericordiæ debito* oriundæ, *relatum* eſt; aſt *nullum* eſſe, negamus & pernegamus. ubi *obligatio naturalis* ſeu *nuda* nulliſque *legum civil.* virtutibus macta, ibi eôdem modô comparatum *jus ad rem* adeſt: ubi vero *illa*, ibi & *iſtud* ſecus habet. & qui, per *rerum* quidem *relatorumq́;* naturam, poſſet aliter? Neque, ſi *pauperi jus exigendi* non competit, inde *nemini* competere; aut ſi à *magiſtratu* hactenus *vis non addita*, inde eam nec porro additum iri, rectè concluditur. Annon DEUS *ad rem* eorum qui *pauperibus dare* obſtricti, ſummum *jus* obtinet, æternis olim ſuppliciis in *mala atq; inexigibilia*, quæ Pragmatici vocant, *nomina* exequendum? *vid. Matth. 25.* annon Divinis illud legibus, *Deuter. 25. verſ. 7. ſeq. Eſai. 58. verſ. 7.* communitum? annon *civilibus legibus* vis (ſed *talis*, qualem *obligationis* modulus requirit) addita, *arg. t. t. C. de mendic. valid.* Policey-Ordn. *tit.* von Bettlern und Müſſiggängern. & ma-

& magiſtratuum præceptis quotidie additur? Wann die Becken vor den Kirchen uffgeſtelt uñ uff Gn. Herrſchafftl. Befehl die Leute / zu einer milden Beyſteur / von offentlicher Cantzel ermahnet; Wann auff Univerſitäten vom Rectore Magnifico Armen-Zettul an die Tiſche mitgetheilet werden &c. Et quæ ſunt alia immunera. hæc enim obiter tetigiſſe ſufficiat de negotio, quod aliàs diligentius curare decrevimus.

§. 9. (4.) *Ad mutuam fidem &c.* in hoc, præcipuè ſaltem, conſiſtere *formam* feudi, concors, ceu *ſupr.* dictum, *FF.* eſt ſententia. textus in *II.F.3.& ſeqq. II.F.23. c.14.extr.de jurej.* Vnde porrò inferunt, *feudi* hanc *obligationem* nullô modô, nec *directè* nec *indirectè*, poſſe remitti. *V. Dd.comm.* item, feudô conceſsô, *conditionem fidei*, utut non appoſitam, ſemper ſubintelligi. Knichen. *2.de veſt.part.5.n.7.* Obrecht. *2.F.10.n.8.* ſiquidem feudum à *fide* dictum, *II. F.3. in fin.* vaſalloſque & *fideles*, eoſdem eſſe &c. obſervandum tamen, 1. pleroſque *fidem* ad *finem trahere*; quô nomine in *d.Ichnogr.F.n.45.* citatur Borcholt. *I.F.20.* addimus ipſum Roſenth. *c.8.q.1. n.1.* Goedd. *D.6.th.1.&c.* qui *principalem, præcipuum & ſummum finem* prædicant. Sed nullô negotiô is nodus ſolvitur. *hoc fine*, ait D. Goeddeus, *ab omni alio negotio feudum differt & in eo forma ejus eſt.* jung. Roſenth. *c.2. q.52.& 57. d. ichnogr. n.5.* 2. diſtinguere nonnullos & *fidem*, quam vaſallo dominus debet, feudi eſſentiam non ingredi ſed *neceſſariò* conſequi ſtatuere. D. Struv. *c.2.n.5.* & ante ipſum *Roſenth. c.1.q.2.n.9.* Nos penſitamus, *fidem mutuam* ſeu *reciprocam* requiri, getreuer Herr / getreuer Knecht / *vid. II F.6.26.§.domino.47.& 58.c.7.diſt.98.* & *relata* eſſe *ſenioris* ac vaſalli *fidê*, V. Roſent. *11.q.19.n.10.* pro

Digitized by Google

indeque neutrum ſine altero prius poſteriusve oriri, vivere, mori. quid autem de cætero diſcriminis ſit in *§. ſeq.* dicetur. 3. Nec deeſſe, qui *obligationem vaſalli, ad fidem, reverentiam & ſervitia militaria, hodie Capitaneis regni,* denen hohen Mannen/ *ſi à paribus in dignitate feuda obtineant, remiſſam cenſeri* ſcribat, *ſæpe cit. Ichnogr. n. 40.* Quod ſi verum, tandem ſuppeteret caſus, quô feudum, *formali* ejus *ratione*, quam vocant, utcunque peremptâ, ſupereſſet nihilominus. Sanè Dd. communiſſimè docent, ad *fidelitatem* vaſallos ſenioribus indiſtinctè teneri nullô *dignitatis* vel alterius *conditionis* diſcrimine, non *inferiores* modò ſuperioribus, ſed & *pares paribus*, imò *ſuperiores inferioribus*, nec ipsô adeò Imperatore excepto. vid. *IV. F. 100.* Roſenth. *c. 6. q. 31. c. 8. q. 4. n. 14. c. 10. q. 1 n. 4. ſeq. poſt al.* Joann. Berchlman. *in Diſſ. Argentin. hab. de fid. vaſall. th. 3. §. 4. & th. 4. §. 5. &c.* Et de *uſu Germaniæ* his verbis: *quotidie magnos etiam Principes Abbati vel Prælato cuidam juramentum fidelitatis præſtare, quamvis per ſubſtitutum id expedire ſoleant*; teſtatur Illuſtr. Dn. Schütz. &c. *in ſup. laud. comm. mſſ. c. 7.* Id verò facilè credemus, aliis *verbis*, nempe accipientis dignitatem ac fortunam v. g. eminentiorem non dedecentibus, (confer. in ſimili, de *ſervitiis* nempe, Roſenth. *d. q. n. 14. in not.*) *fidelitatem*, & fortè ut plurimum absque *juramento*, promittere ſolere *pares* & maximè *ſuperiores* domino vaſallos. Sic nomine Electoris Saxon. ab Epiſcopo Bamberg. inveſtituram qui *Anno 1623.* accepit Legatus Electoral. hac *promiſſionis* formula uſus eſt: Er zweiffele nicht / Jhre Churfürſtl: Durchl: werden umb des Herrn Biſchoffs Fürſtl: Gn. es mit Freundſchafft erkennen/und dem gantzen Capitul und Stifft/gnädigen Willen zu erzeigen geneigt ſeyn. add. *ſup.*

c.8.§.13.in fin. Et hunc in ſenſum, modo pateretur, at temperandus locus *ichnogr.F.ſup.*adductus. coll. Dn Tabor. *ad I.F.1.p.54.* ibi: *exoleſcente inter pares &c.*

§. 10. Quibus rebus *vaſallitica* & *dominica fides* potiſſimùm differunt, hîc tradere promiſimus. Differunt autem 1. quòd *cauſa effic. propinqua* illius ſit *jus* ipſum ſeu *lex*; *d.II.F.6.26.47.& 58.* hujus *factum hominis* ſeu *pactũ*, quo ſe fidelẽ fore vaſall⁹ & quidẽ *regul.* jurato pollicetur. *conf.* Clar. *4.ſent.§.Feudum.q.70.* Rittersh. *I.F.10.q.12.* D. Anton. *7.th.1.B.* Roſenth. *6.c.86.n.5.* Vult. *1.F.10.n.47. ubi plur.* qui omnes teſtantur, *Dominum de generali conſuetud. nunquã jurare* de fidelitate. quã tamen doctrinam Joann.Petr.Fontan. *cl.4.de pact. nupt. gl.10.p.1.n.43.* ita limitat, quod nihilominus *juramentum de cuſtodiendis & obſervandis privilegiis, uſibus & conſuetudinibus vaſallorum præſtare, dominus* teneatur. Sed iſta limitatio ab hinc aliena, nec quidem de *regula* eſt. Contrà autem expeditum, *conſuetudine pactiſvè* fieri poſſe, ut vaſallus de fidelitate jurare non cogatur: quo tamen caſu *fidei obligatio* intemerata manet, *II.F.24.40.& 76.c.13.extr.de jurej.* Roſenth. *c.2.q.60. & 66.c.6.q.34. n.5.c.11.q.19.n 2.* Obrecht. *2.F.10.n.7.* & ipſa tunc, *dominicæ* inſtar, *legitima* tantùm. unde *diviſio* feudi in *jurabile* & non *jurabile* vulgò prodiit; itèm *fidelitatis* in *ſacram* & non *ſacram*, quorum terminorum opifex eſt D. Joann. Reichard. Schäffer. *quondam Practic. Haſſ. celeberr. & Conſiliar. Moguntin. in diatyp. tit. de feud. laud. à* Roſenth. *d. q. 66.* 2. *materiâ* ſeu *capitibus fidelitatis*: nonnulli *formam* appellant. Equidem ad eadem illa *ſex capita*, vaſallo in *2.F.6. c.18.C.22.q.5.* præſcripta, *dominum* teneri adeoque, uti eſt in *d.*

in *d. tit. 6. verſ. dominus.* in *omnibus iis vicem fideli ſuo reddere debere*, Iſern. Baro Schenck. *& Interpr. comm. ad d. tit. 6.* aliique docent. *V.* Fontan. *d. n. 34.* H. Piſtor. *1. quaeſt. 15. & 16.* Berchl. *d. D. th. 10. §. 15.* latè Knipſch. *d. oblig. dom. erga vaſall. c. 1. n. 6. & ſeqqqq.* Procul autem dubio generalis nimium eſt hæc doctrina, & ſaltem *reverentiæ* & *obſequii* vinculis eximendus dominus. Sic ipſe D. Vultejus cum fidelitatem vaſall. tribus partibus, *reverentiæ* ſcil. *taciturnitatis* & *utilitatis* domini deſcripſiſſet, *l. F. 10. n. 31. ſeqq.* mox in *eod. c. n. 47.* de mutua domini fide agens, duobus eam, *ſecuritatis* ac *defenſionis*, capitibus concludit, *multosq;* dari *caſus* ſubjicit, quibus *ſenior* & *vaſallus* ad paria non teneantur. apertiùs in *2. F. 1.* Cragius: Cùm Dominus & vaſallus, ait, in feudis *penè* æqui parentur, niſi in *fidelitatis præſtatione* & *reverentia* &c. eadem habet Molin. *ad conſuet. Pariſ. tit. 1. § 2. gl. 4. n. 24.* add. *cit.* à Vult. *d. l.* & à *Roſenth. c. 8. q. 1. lit. C. & c. 10. q. 33. n. 100.* 3. *effectu. fidei* enim *obligatio* ex parte *domini* tàm *ſtricta* ſ. *arcta* non eſt, quàm ex parte vaſalli. *arg. d. II. F. 6. §. dominus* ex cujus poſtremis verbis ita colligit Joannes Andr. *c. 1. ext. de feud.* Vaſallus offendẽs Patronum, inquit; dicitur *perfidus*, id eſt, proditor, *& perjurus*, patronus verò clientem offendens, non dicitur proditor nec perjurus, ſed *malæ fidei*, quia non ſervavit id, quod *tacitè cenſetur promiſiſſe.* &c. Et communis eſt Feudiſtarum traditio, *laxiorem* eſſe *domini obligationem* erga vaſallum, quàm *vaſalli* erga dominum; indeq. fieri ut quam ob cauſam *vaſallus utili* dominiô, ob eandem directô dominus nõ ſemper privetur, Schrader. *6. F. 7. n. 8. ſeq.* H. Piſtor. *3. q. 22. n. 6.* Molin. *d. gl. 4. n. 22.* Roſenth. *c. 11. q. 19. n. 5. ſeq. n. 9. ſeqq. 20. n.* 10. Crag. *3.* F. *6. in fin.* Vult. *I. F. 11. n.* 106. &c. Quotidiana certè experientia teſtis eſt, ut *vaſalli* ex cauſa *feloniæ* conveniantur & feudis ſuis exuantur, frequenter uſu venire; rariſſimè & ferè nunquam, ut *proprietate* ſuâ *ſeniores.* cujus tamen rei potentia fortè dominorum & alia in cauſa eſſe poterunt.

§. 11. (5.)

Digitized by Google

§. 11. (5.) *Atque eò ſpectantibus officiis* &c. Dicimus *ad fidem ſpectantia*, ut removeam' *ſervitia* vulgaria, à quibus *franci vaſalli* immunes ſunt, quæq; adeò *naturalibus*, quàm ſubſtantialibus, feudi rectiùs accenſent. *IV. F. 104. pr. arg. II. F. 26. §. 5.* Kohl. *p. 4. de ſervit. feud. n. 89. ſeqq.* noſtris enim hiſce officiis, munerib. ſeu ſervitiis, utpote cauſã ab ipſa *ſubſtantiali feudi forma* habentibus ſeu ipsâ potiùs contentis, *franci vaſalli*, non ſecus ac reliqui, obnoxii ſunt. *vid. ſup. c. 3. §. 3. & 9.* Ludvv. *de diviſ. F. c. 5. pr.* unde & ipſi in ſignum obligationis ad *hoc genus ſervitiorum* ſeu in *recognitionem*, quam vocant, *par chirothecæ* aut ſimile quid offerrè ſolent. Crag. *1. F. p. 46.* nec minùs hominium vaſalliticum, Lehens-Aid / præſtant. Roſenthal. *c. 2. q. 56.* D. Struv. *c. 8 a. 6. n. 4.* Quinimò ceu pactô effici nequit, ut feudum ſine fide; *ſup. §. 9.* ita nec, ut ſine his *ſervitiis* ſit. Kohl. *d. p. 4. 91. fin. & 93. add.* Soac. *prælud. c. 38. n. 2. ſeq.* D. Vultejus tamen in *I. F. 6. n. 11. & 13. fin.* ſtatuit, quando ſervitia *expreſſo pactô* remiſſa, illa etiam, quæ *in fidelitate* continentur, remiſſa cenſeri, cæteris interim in fidelitate, quæ *propriè ſervitia* non ſunt, ſalvis manentibus. hactenus *Vultejus*; hujus ſuæ opinionis nullos laudans conſortes, quamvis fuiſſe ante eum idem ferè qui ſenſerint, pateat ex *allegatis* à Kohl. *d. p. 4. n. 94.* Ipſe *D. Kohl.* rem ulterius ita declarat. *Servitia propriè dicta* in *juvando* potiſſimùm conſiſtere & quidem juramentô fidelitatis comprehenſa eſſe, ſed *franci feudi* poſſeſſorem ad illa demum juramenti fidel. contenta, (recitamus verba *D. Kohlii*,) quæ *propriè ſervitia* non ſunt, obſtrictum teneri: ſcilicet ut *abſtineat* ab his, de quibus habetur in *c. 1. de form. fidel.* omniqùe maleficiô contra dominum, ac periculum im-

minens, ubi poteſt, *impediat*, ac domino, quàm citò poterit, *nunciet*, *conſilia ſuppeditet* &c. Conveniunt propemodum tradita Baldi *in prælud. n. 53.* Curt. jun. *p. 1. q. 8. c. 9. n. 28.* Soac. *c. 40. prælud. n. 31. ſeq. & al. à* Roſenth. *d. q. 59.* & Kohl. *d. l. citat.*

Secundùm hanc ergo opinionem *fides*, feudo *ſubſtantialis*, præter *omiſſionem omnis mali*, eorum modò bene factorum *commiſſionem* includeret, quæ vel ad *reverentiam* ſpectant, vel *mente verbisq́;* expediri poſſunt.

Nos a. *ſup. cũ Dd. ibi alleg. generaliter* ſtatuim⁹, etiamq; nunc ſigillatim aſſerimus, nec ea *ſervitia* aut officia, quæ *manus* ſimul mentiſq; niſum operamvé, quæ *arma viroſq;* deſiderant, quaten⁹ fidei obligatione continentur, recidi *pactis* aut ſeparari à feudo poſſe. *fidem* autem vaſalliticam vel præcipuè conſtituunt ejuſmodi *opera*; ita ut *illa* ſine *his* verè mortua, tantum imò abſit, ut eâ intentione eâq; lege, *ne talia ſervitia præſtentur*, feudum conſtitui queat, ut jampridem ritè conſtitutum, ex quo iis præſtandis factus inhabilis vaſallus, perdat feudum. *II. F. 21. in fin.* (quem *textum* hôc modô malumus & de *officio* ſervitiové *ſubſtantiali*, quàm de *naturali* accipere, proindeque eadé opera penitus ſummovere eos, qui cùm vocem *officii in d. tit. 21.* latiùs ſumant, inde probare conantur, *qualibet ſervitia* ad *formam* feudi *eſſent.* pertinere, &c.) confer. Hotom. Giſan. Rittershuſ. *ſup. §. 3.* adducti, qui *opere & obſequio* unicè definiunt *fidem vaſalliticam*: & Giſan. *c. 4. n. 7. 40. & 41. veram* feudi *eſſentiam in operis* quoque poſitam, nec *ſine operis* eſſe feudum ſcribit. Quid quod diſſentientes ipſi ultrò defendunt, vaſallum ad ſervitia, à quibus *vi inveſtituræ immunis* quorumque adeò ratione vaſallus verè *francus* eſt, toties nihilominus teneri, quoties *magnū*

domi-

domino *periculum* imminet. *fuſè* Andr. Kohl. *d.p.4.n.98.* Ex quibus omnibus denique haud poterit obſcurum eſſe, *fidei innexa* ſeu *ſubſtantialia* quænam intelligamus *ſervitia.* utut ejus rei plenior definitio magnam partem in *facti quæſtione judicisq́; religione* eſſe poſita videatur.

§.12. Certiſſimum igitur, dari ſervitia ex *fide*, tanquam *forma* feudi, eſſentialiter non profluentia. at verò invertere id non licet atq; eò trahere, ac ſi *fides* à *ſervitiis*, quæ à *ſubſtantialibus* ſegregavimus, abſit aut abeſſe queat. nec enim aliter, de qualibuſcunque etiam ſervitiis quæſtio ſit, quàm *fideliter* ſerviendum eſt. *arg.11.F.23.in fin.* D: Andr. Kohl. *d.tr.p.2.n.123. verb.* ad ſervitia *fideliter* præſtanda &c. Imò & ea, ad quæ *accidentaliter* tenetur, nõ niſi cum fide, ſ. fideliter præſtare debet vaſallus. quâ quidem ratione *fides*, ad inſtar animæ, quæ in toto corpore & qualibet ejus parte tota eſſe dicitur, omnia illa permeat vegetatque.

Ita pactis *bonæ fidei* contractui, *extra naturam* & *ſubſtantiam* ſeu circa *adminicula* maximè in continenti *adjectis*, merè utut *accidentaliter* ad contractum ſe habentibus, indeque oriundæ *obligationi* & actioni *bona fides* æq; formaliter ineſt, ac *contractui* ipſi, aut ex ejus *ſubſtantia* natæ obligationi actionivé *l.7.§.5. & 6.ff.de pact.l.72.ff. de Contrah.empt.*

De cætero, quod obiter notamus, iſta contractuum *bona fides* toto genere diſtat à *fide* noſtra *feudali*, ceu probè advertit Joann. Niellius *in D.4.feud.th.2.lit.D.* ingenuè faſſus, eorum (Duaren. *c.19.n.4.*) argumentum, qui *contractum feud.* ideò eſſe *bonæ fidei* ajunt, quia proficiſcatur ex *fide* & *beneficio*, nullius eſſe momenti. &c. ipſam interim Duareni ſententiam, contra Dd. commun. *ſtricti*

Digitized by Google

juris qualitatem *feudo* vindicantes; *Vid.* Roſenth. *1.q.8.* Vult. *1.F.7.n.39.* Card. Mantic. *lib 23. de tacit. & amb. convent. c.18.n.2.& ſeq.* Bocer. *c.2. de inveſt.n.40.& ſeqq. ubi ad* Duar. *&* Niell. *argumenta ordine reſpondet.* haud in ſubtiliter, quô eſt ingeniô, tuetur Nielli⁹: quem & nuper, licèt non allegatum, ſecutus eſt D. Struv. *c.8.a.4.n.4.*

§. 13. (6.) *Intercedente re feudali* &c. non enim niſi *rei hujus ratione alter alteri*, dominus ſc. & vaſallus, *fidem præſtare* tenetur: uti loquitur illuſtr. D. Schütz. *ſup. §.3. laud loc.* Et hoc eſt, quô *fidem* vaſalli & ſubditi, hujus item & illius. *homagium*, die Huldigungs- und Lehens-Pflichte und Aide / ipſum denique *vaſallum* & *ſubditum* eſſentialiter differre tradunt. Nimirum quod *vaſallus* intuitu ac nomine *rei feudalis*, promittat præſtetq; *fidem*, von der Lehen wegen/ *vid. form. juram. ſup. c.9. §.9.* Haben uns auch darauff durch ihre an unſerm Käyſerl. Hoff abgeordnete Räthe und Geſandten/ die Ehrſame / Gelehrten unſere und des Reichs Liebe Getreue/ Johann Bernharden von Dalwig / und Dieterich von Rheinking der Rechten Doctorn, in Krafft ihrer fürgebrachten ſchrifftlichen Gewalt / von ſolcher Regalien und Lehen wegen / gewöhnliche Gelübd und Aid gethan/ Uns/ als itzt regierenden Römiſchen Käyſer/ darvon getreu/ gehorſam/ und gewärtig zu ſeyn/ für ihren natürlichen Herrn zu halten / zu dienen und zu thun/ als Fürſten des H. Reichs- und Land-Graffen zu Heſſen &c. einem Römiſchen Käyſer von Rechts wegen zu thun/ pflichtig ſeynd. quæ ſunt verba *literarum Inveſtit. à Divo* Ferdinando II. *Cæſ. Aug. Anno 1628.* D. VVilhelmo *&* D. Georgio *Haſſ. Principibus Sereniſſ. omnib. glor. mem. conceſſarum. Subditus* verò *perſonæ* ſuæ ejuſque *domicilii* ratione, adeòque *vaſallus in concreto* tantùm, *ſubditus* etiam in *abſtra-*

Digitized by Google

abſtracto obligatus ſit. Gail. *de pignor. obſ.15.n.3.ſeqq.& c. 7.de arreſt.n.10.ſeq.* Roſenth. *c.2. quaſt.64.n.4.ſeq.& lit.* C. Vultej. *1.F.6.n.5.7.ſeq.* Matth. Steph. *lib.2.de jdict.p.1.c. 7.n.183.ſeq.n.209.ſeq.224.ſeqq. operoſè* D. Viet. *de exempl. c.22.add.c.36.* D. Struv. *c.8.a.6.n.9.&c.11.a.2.pluresq; alii ab his nomin.* Qui omnes propenſâ ſollicitudine, *ſup.§.2.* laugatâ diſcernunt *aliudq;* inculcant *eſſe vaſallum, aliud, eſſe ſubditū*; proindeq; nec ex *vaſallagio* ad *ſubjectionē*, nec ex *dominio directo* ad *ſuperioritatem* rectè inferri. & faciunt eam in rem textus in *II.F.5.ibi:* ideò jurat fidelitatem, non quòd *habeat feudum*, ſed quia *ſub jurisdictione* ſit ejus, cui jurat &c. *Pacif. Oſnabr. art.5. §.14. in verb.* à ſola *qualitate feudali* vel *ſubfeudali*, ſive à regno Bohem. &c. procedant, *jus reformandi* (ad *territorii* & *ſuperioritatis* jura revocatum in *d.art.5. §.12.pr.*) non dependet. &c. *ad quem §.14. confer.* Frider. Mind. *1. proceſſ.c.32.* Sicuti autem complura alia, eademque in magni momenti controverſiis magnum momentum habitura, indidem eliciunt conficiuntque: v.g. poſſe quem alterius Status *vaſallum* eſſe hactenuſque Imperium *mediatè* cognoſcere, & tamen, ratione ſcil. *perſonæ, immediatè* ſub Imperio ejuſque *Statum* eſſe. R. A. *de Anno.1548. §.* nach dem auch in der. *&* *ſ.§. ſeqq. ſup.c.8. §.13.c.9. §.6.& ſeq. §.18.ſeq.* Limn. *1.j.publ.c. 7.n.99. ibiq; addit.* Schrader. *p.10.ſect.1. n.51.ſeqq.* Sixtin. *c.4.de regal.n 59.66.ſeqq.* C. P. Giſſ. *1.D.6.c.10. A. & vol.2. D.12.c.9.lit.A.* Nolden. *c.17.de nobil. n.44.ſeqqq.* Bruning. *de homag.n.300.* D. Myler. *c. 11. de Stat. Imp.n. 9. & ſeqq. & omnium latiſſ.* Vietor. *d. tr.c.22.ſeqq.*

Ita & multæ aliæ *ſubditorum* ac *vaſallorum* differentiæ afferuntur, de quib. Bald. *1.conſil.327.n.7.ſeq.* Vietor. *d.c.22.* M. Steph. *d.c.7.n.221.230.ſeqq.* interque eas hæc è

vir ſummus H. Grot. *lib. 2. de I. B. & P. c. XI. §. 3.* ipſique aſſenſus *in not. ibid.* Dn. Felden. *nec non* Dn. Feltm. *c. 26. de j. in re & ad rem. n. 11. & ſeqq.* iſtam reciprocationem non admittunt, ſed *multis caſibus*, quæ ſunt Grotii verba, *evenire* putant, *ut obligatio ſit in nobis, & nullum jus in alio; ſicut in debito miſericordiæ & gratiæ reponendæ appareat.* &c. atque *ita juſtô naturali univerſali*, hæc ex Feldeni nota, *quem obligari, ut pauperi ſuccurrat, pauperem v. jus exigendi non habere; nec magiſtratum vim addere.* Id nobis, ſi pace *laudatiſſ. virorum* candidis eſſe licet, non perinde placet, quàm *Senecæ* philoſophia, partem in *d. D. noſtr. 1. obſ. 3. n. 8. & ſeqq.* ſuſcepta. Fatemur quidem *debile* eſſe *jus*, nec *tali vi, qualem magiſtratus addere* poteſt ſoletque, armatum ſemper, quod *obligationis*, v. g. ex *miſericordiæ debito* oriundæ, *relatum* eſt; aſt *nullum* eſſe, negamus & pernegamus. ubi *obligatio naturalis* ſeu *nuda* nulliſque *legum civil.* virtutibus macta, ibi eôdem modô comparatum *jus ad rem* adeſt: ubi vero *illa*, ibi & *iſtud* ſecus habet. & quî, per *rerum* quidem *relatorumq́;* naturam, poſſet aliter? Neque, ſi *pauperi jus exigendi* non competit, inde *nemini* competere; aut ſi à *magiſtratu* hactenus *vis non addita*, inde eam nec porro additum iri, rectè concluditur. Annon DEUS *ad rem* eorum qui *pauperibus dare* obſtricti, ſummum *jus* obtinet, æternis olim ſuppliciis in *mala atq́; in exigibilia*, quæ Pragmatici vocant, *nomina* exequendum? *vid. Matth. 25.* annon Divinis illud legibus, *Deuter. 25. verſ. 7. ſeq. Eſai. 58. verſ. 7.* communitum? annon *civilibus legibus* vis (ſed *talis*, qualem *obligationis* modulus requirit) addita, *arg. t. t. C. de mendic. valid.* Policey-Ordn. *tit.* von Bettlern und Müſſiggängern. & ma-

& magiſtratuum præceptis quotidie additur? Wann die Becken vor den Kirchen uffgeſtelt un̄ uff Gn. Herꝛſchafft. Befehl die Leute / zu einer milden Beyſteur / von offentlicher Cantzel ermahnet; Wann auff Univerſitäten vom Rectore Magnifico Armen-Zettul an die Tiſche mitgetheilet werden &c. Et quæ ſunt alia immunera. hæc enim obiter tetigiſſe ſufficiat de negotio, quod aliàs diligentius curare decrevimus.

§. 9. (4.) *Ad mutuam fidem &c.* In hoc, præcipuè ſaltem, conſiſtere *formam* feudi, concors, ceu *ſupr.* dictum, *FF.* eſt ſententia. textus in *II.F.3.& ſeqq. II.F.23. c.14. extr. de jurej.* Unde porrò inferunt, *feudi* hanc *obligationem* nullô modô, nec *directè* nec *indirectè*, poſſe remitti. *V. Dd. comm.* item, feudô conceſsô, *conditionem fidei*, utut non appoſitam, ſemper ſubintelligi. Knichen. *2. de veſt. part. 5. n. 7.* Obrecht. *2. F. 10. n. 8.* ſiquidem feudum à *fide* dictum, *II. F. 3. in fin.* vaſalloſque & *fideles*, eosdem eſſe &c. obſervandum tamen, 1. plerosque *fidem* ad *finem trahere*; quô nomine in *d. Ichnogr. F. n. 45.* citatur Borcholt. *I. F. 20.* addimus ipſum Roſenth. *c. 8. q. 1. n. 1.* Goedd. *D. 6. th. 1. &c.* qui *principalem, præcipuum & ſummum finem* prædicant. Sed nullô negotiô is nodus ſolvitur. *hoc fine*, ait D. Goeddeus, *ab omni alio negotio* feudum *differt & in eo forma ejus eſt.* jung. Roſenth. *c. 2. q. 52. & 57. d. ichnogr. n. 5.* 2. diſtinguere nonnullos & *fidem*, quam vaſallo dominus debet, feudi eſſentiam non ingredi ſed *neceſſariò* conſequi ſtatuere. D. Struv. *c. 2. n. 5.* & ante ipſum *Roſenth. c. 1. q. 2. n. 9.* Nos penſitamus, *fidem mutuam* ſeu *reciprocam* requiri, getreuer Herꝛ / getreuer Knecht / *vid. II F. 6. 26. §. domino. 47. & 58. c. 7. diſt. 98.* & *relata* eſſe *ſenioris* ac vaſalli *fidē*, V. Roſent. *11. q. 19. n. 10.* pro

indeque neutrum ſine altero prius poſteriusve oriri, vivere, mori. quid autem de cætero diſcriminis ſit in *§. ſeq.* dicetur. 3. Nec deeſſe, qui *obligationem vaſalli, ad fidem, reverentiam* & *ſervitia militaria, hodie Capitaneis regni,* denen hohen Mannen/ *ſi à paribus in dignitate feuda obtineant, remiſſam cenſeri* ſcribat. *ſæpe cit. Ichnogr. n. 40.* Quod ſi verum, tandem ſuppeteret caſus, quô feudum, *formali* ejus *ratione*, quam vocant, utcunque peremptâ, ſupereſſet nihilominus. Sanè Dd. communiſſimè docent, ad *fidelitatem* vaſallos ſenioribus indiſtinctè teneri nullô *dignitatis* vel alterius *conditionis* diſcrimine, non *inferiores* modò ſuperioribus, ſed & *pares paribus*, imò *ſuperiores inferioribus*, nec ipsô adeò Imperatore excepto. vid. *IV. F. 100.* Roſenth. *c. 6. q. 31. c. 8. q. 4. n. 14. c. 10. q. 1 n. 4. ſeq. poſt al.* Joann. Berchlman. *in Diſſ. Argentin. hab. de fid. vaſall. th. 3. §. 4. & th. 4. §. 5. &c.* Et de *uſu Germaniæ* his verbis: *quotidie magnos etiam Principes Abbati vel Prælato cuidam juramentum fidelitatis præſtare, quamvis per ſubſtitutum id expedire ſoleant*; teſtatur Illuſtr. Dn. Schütz. &c. *in ſup. laud. comm. mſſ. c. 7.* Id verò facilè credemus, aliis *verbis*, nempe accipientis dignitatem ac fortunam v. g. eminentiorem non dedecentibus, (confer. in ſimili, de *ſervitiis* nempe, Roſenth. *d. q. n. 14. in not.*) *fidelitatem*, & fortè ut plurimum abſque *juramento*, promittere ſolere *pares* & maximè *ſuperiores* domino vaſallos. Sic nomine Electoris Saxon. ab Epiſcopo Bamberg. inveſtituram qui *Anno 1623.* accepit Legatus Electoral. hac *promiſſionis* formula uſus eſt: Er zweiffele nicht / Ihre Churfürſtl: Durchl: werden umb des Herrn Biſchoffs Fürſtl: Gn. es mit Freundſchafft erkennen/ und dem gantzen Capitul und Stifft/ gnädigen Willen zu erzeigen geneigt ſeyn. add. *ſup. c. 8.*

c.8.§.13.in fin. Et hunc in ſenſum, modo pateretur, at temperandus locus *ichnogr.F.ſup.*adductus. coll. Dn Tabor. *ad I.F.1.p.54.* ibi: *exoleſcente inter pares &c.*

§. 10. Quibus rebus *vaſallitica* & *dominica fides* potiſſimùm differunt, hîc tradere promiſimus. Differunt autem 1. quòd *cauſa effic. propinqua* illius ſit *jus* ipſum ſeu *lex*; *d.II.F.6.26.47.& 58.* hujus *factum hominis* ſeu *pactũ*, quo ſe fidelẽ fore vaſall⁹ & quidẽ *regul.*jurato polliceatur. *conf.*Clar.*4.ſent.§.Feudum.q.70.*Rittersh. *I.F.10.q.12.* D. Anton.*7.th.1.B.*Roſenth.*6.c.86.n.5.*Vult.*1.F.10.n.47. ubi plur.*qui omnes teſtantur, *Dominum de generali conſuetud.nunquã jurare* de fidelitate. quã tamen doctrinam Joann.Petr.Fontan. *cl. 4. de pact. nupt. gl.10.p.1.n.43.* ita limitat, quod nihilominus *juramentum de cuſtodiendis & obſervandis privilegiis, uſibus & conſuetudinibus vaſallorum præſtare*, *dominus* teneatur. Sed iſta limitatio ab hinc aliena, nec quidem de *regula* eſt. Contrà autem expeditum, *conſuetudine pactiſve* fieri poſſe, ut vaſallus de fidelitate jurare non cogatur: quo tamen caſu *fidei obligatio* intemerata manet, *II. F.24.40.& 76.c.13.extr.de jurej.* Roſenth. *c.2.q.60. & 66.c.6.q.34. n.5.c.11.q.19.n 2.* Obrecht.*2.F.10.n.7.*& ipſa tunc, *dominica* inſtar, *legitima* tantùm. unde *diviſio* feudi in *jurabile* & non *jurabile* vulgò prodiit; itèm *fidelitatis* in *ſacram* & non *ſacram*, quorum terminorum opifex eſt D. Joann. Reichard. Schäffer. *quondam Practic. Haſſ. celeberr. & Conſiliar. Moguntin. in diatyp. tit. de feud. laud.* à Roſenth. *d. q. 66.* 2. *materiâ* ſeu *capitibus fidelitatis*: nonnulli *formam* appellant. Equidem ad eadem illa *ſex capita*, vaſallo in *2.F.6. c.18.C.22.q.5.* præſcripta, *dominum* teneri adeoque, uti eſt

in *d.*

Digitized by Google

in *d. tit. 6. verſ. dominus.* in *omnibus iis vicem fideli ſuo reddere debere*, Iſern. Baro Schenck. *& Interpr. comm. ad d. tit. 6.* aliique docent. *V.* Fontan. *d. n. 34.* H. Piſtor. *1. quæſt. 15. & 16.* Berchl. *d. D. th. 10. §. 15. latè* Knipſch. *d. oblig. dom. erga vaſall. c. 1. n. 6. & ſeqqqq.* Procul autem dubio generalis nimium eſt hæc doctrina, & ſaltem *reverentiæ* & *obſequii* vinculis eximendus dominus. Sic ipſe D. Vultejus cum fidelitatem vaſall. tribus partibus, *reverentiæ* ſcil. *taciturnitatis* & *utilitatis* domini deſcripſiſſet, *I. F. 10. n. 31. ſeqq.* mox in *eod. c. n. 47.* de mutua domini fide agens, duobus eam, *ſecuritatis* ac *defenſionis*, capitibus concludit, *multosq́;* dari *caſus* ſubjicit, quibus *ſenior* & *vaſallus* ad paria non teneantur, apertiùs in *2. F. 1.* Cragius: Cùm Dominus & vaſallus, ait, in feudis *penè* æqui parentur, niſi in *fidelitatis præſtatione* & *reverentia* &c. eadem habet Molin. *ad conſuet. Pariſ. tit. 1. § 2. gl. 4. n. 24.* add. *cit. à* Vult. *d. l.* & à *Roſenth. c. 8. q. 1. lit. C. & c. 10. q. 33. n. 100.* 3. *effectu. fidei* enim *obligatio* ex parte *domini* tàm *ſtricta* ſ. *arcta* non eſt, quàm ex parte vaſalli. *arg. d. II. F. 6. §. dominus* ex cujus poſtremis verbis ita colligit Joannes Andr. *c. 1. ext. de feud.* Vaſallus offendit Patronum, inquit; dicitur *perfidus*, id eſt, proditor, *& perjurus*, patronus verò clientem offendens, non dicitur proditor nec perjurus, ſed *malæ fidei*, quia non ſervavit id, quod *tacitè cenſetur promiſiſſe.* &c. Et communis eſt Feudiſtarum traditio, *laxiorem* eſſe *domini obligationem* erga vaſallum, quàm *vaſalli* erga dominum; indeq́. fieri ut quam ob cauſam *vaſallus utili* dominiô, ob eandem directô dominus nō ſemper privetur, Schrader. *6. F. 7. n. 8. ſeq.* H. Piſtor. *3. q. 22. n. 6.* Molin. *d. gl. 4. n. 22.* Roſenth. *c. 11. q. 19. n. 5. ſeq. n. 9. ſeqq. 20. n.* 10. Crag. *3.* F. *6. in fin.* Vult. *I. F.* 11. *n.* 106. &c. Quotidiana certè experientia teſtis eſt, ut *vaſalli* ex cauſa *feloniæ* conveniantur & feudis ſuis exuantur, frequenter uſu venire; rariſſimè & ferè nunquam, ut *proprietate* ſuâ *ſeniores.* cujus tamen rei potentia fortè dominorum & alia in cauſa eſſe poterunt.

§. 11. (5.)

§. 11. (5.) *Atque eò ſpectantibus officiis* &c. Dicimus *ad fidem ſpectantia*, ut removeam⁹ *ſervitia* vulgaria, à quibus *franci vaſalli* immunes ſunt, quæq; adeò *naturalibus*, quàm ſubſtantialibus, feudi rectiùs accenſent. *IV. F. 104. pr. arg. II. F. 26. §. 5.* Kohl. *p. 4. de ſervit. feud. n. 89. ſeqq.* noſtris enim hiſce officiis, munerib. ſeu ſervitiis, utpote cauſâ ab ipſa *ſubſtantiali feudi forma* habentibus ſeu ipsâ potiùs contentis, *franci vaſalli*, non ſecus ac reliqui, obnoxii ſunt. *vid. ſup. c. 3. §. 3. & 9.* Ludvv. *de diviſ. F. c. 5. pr.* unde & ipſi in ſignum obligationis ad *hoc genus ſervitiorum* ſeu in *recognitionem*, quam vocant, *par chirothecæ* aut ſimile quid offerre ſolent. Crag. *1. F. p. 46.* nec minùs hominium vaſalliticum, Lehens-Eid / præſtant. Roſenthal. *c. 2. q. 56.* D. Struv. *c. 8 a. 6. n. 4.* Quinimò ceu pactô effici nequit, ut feudum ſine fide; *ſup. §. 9.* ita nec, ut ſine his *ſervitiis* ſit. Kohl. *d. p. 4. 91. fin. & 93. add.* Soac. *prælud. c. 38. n. 2. ſeq.* D. Vultejus tamen in *I. F. 6. n. 11. & 13. fin.* ſtatuit, quando ſervitia *expreſſo pactô* remiſſa, illa etiam, quæ *in fidelitate* continentur, remiſſa cenſeri, cæteris interim in fidelitate, quæ *propriè ſervitia* non ſunt, ſalvis manentibus. hactenus *Vultejus*; hujus ſuæ opinionis nullos laudans conſortes, quamvis fuiſſe ante eum idem ferè qui ſenſerint, pateat ex *allegatis* à Kohl. *d. p. 4. n. 94.* Ipſe *D. Kohl.* rem ulterius ita declarat. *Servitia propriè dicta* in *juvando* potiſſimùm conſiſtere & quidem juramentô fidelitatis comprehenſa eſſe, ſed *franci feudi* poſſeſſorem ad illa demum juramenti fidel. contenta, (recitamus verba *D. Kohlii,*) quæ *propriè ſervitia* non ſunt, obſtrictum teneri: ſcilicet ut *abſtineat* ab his, de quibus habetur in *c. 1. de form. fidel.* omnique maleficiô contra dominum, ac periculum im-

 minens

domino *periculum* imminet, *fuſè* Andr. Kohl. *d.p.4.n.98.* Ex quibus omnibus denique haud poterit obſcurum eſſe, *fidei innexa* ſeu *ſubſtantialia* quænam intelligamus *ſervitia.* utut ejus rei plenior definitio magnam partem in *facti quæſtione judicisq́. religione* eſſe poſita videatur.

§.12. Certiſſimum igitur, dari ſervitia ex *fide*, tanquam *forma* feudi, eſſentialiter non profluentia. at verò invertere id non licet atq; eò trahere, ac ſi *fides* à *ſervitiis*, quæ à *ſubſtantialibus* ſegregavimus, abſit aut abeſſe queat. nec enim aliter, de qualibuſcunque etiam ſervitiis quæſtio ſit, quàm *fideliter* ſerviendum eſt. *arg.11.F.23.in fin.* D: Andr. Kohl. *d.tr.p.2.n.123. verb.* ad ſervitia *fideliter* præſtanda &c. Imò & ea, ad quæ *accidentaliter* tenetur, nō niſi cum fide, ſ. fideliter præſtare debet vaſallus. quâ quidem ratione *fides*, ad inſtar animæ, quæ in toto corpore & qualibet ejus parte tota eſſe dicitur, omnia illa permeat vegetatque.

Ita pactis *bonæ fidei* contractui, *extra naturam* & *ſubſtantiam* ſeu circa *adminicula* maximè in continenti *adjectis*, merè utut *accidentaliter* ad contractum ſe habentibus, indeque oriundæ *obligationi* & actioni *bona fides* æq; formaliter ineſt, ac *contractui* ipſi, aut ex ejus *ſubſtantia* natæ obligationi actionivé *l.7. §.5. & 6. ff. de pact. l.72. ff. de Contrah. empt.*

De cætero, quod obiter notamus, iſta contractuum *bona fides* toto genere diſtat à *fide* noſtra *feudali*, ceu probè advertit Joann. Niellius *in D.4. feud. 8.2. lit. D.* ingenuè faſſus, eorum (Duaren. *c.19.n.4.*) argumentum, qui *contractum feud.* ideò eſſe *bonæ fidei* ajunt, quia proficiſcatur ex *fide* & *beneficio*, nullius eſſe momenti. &c. ipſam interim Duareni ſententiam, contra Dd. commun. *ſtricti*

Digitized by Google

juris qualitatem *feudo* vindicantes, *Vid.* Roſenth. *1.q.5.* Vult. *1.F.7.n.39.* Card. Mantic. *lib 23. de tacit. & amb. convent. c.18.n.2.& ſeq.* Bocer. *c.2. de inveſt.n.40.& ſeqq. ubi ad* Duar. *&* Niell. *argumenta ordine reſpondet.* haud in ſubtiliter, quô eſt ingeniô, tuetur Nielli⁹: quem & nuper, licèt non allegatum, ſecutus eſt D. Struv. *c.8.a.4.n.4.*

§. 13. (6.) *Intercedente re feudali* &c. non enim niſi *rei hujus ratione alter alteri*, dominus ſc. & vaſallus, *fidem præſtare* tenetur: uti loquitur illuſtr. D. Schütz. *ſup. §.3. laud loc.* Et hoc eſt, quô *fidem* vaſalli & ſubditi, hujus item & illius, *homagium*, die Huldigungs- und Lehen-Pflichte und Aide/ ipſum denique *vaſallum* & *ſubditum* eſſentialiter differre tradunt. Nimirum quod *vaſallus* intuitu ac nomine *rei feudalis*, promittat præſtetq; *fidem*, von der Lehen wegen/ *vid. form. juram. ſup. c.9. §.9.* Haben uns auch darauff durch ihre an unſerm Käyſerl. Hoff abgeordnete Räthe und Geſandten/ die Ehrſame/ Gelehrten unſere und des Reichs Liebe Getreue/ Johann Bernharden von Dalwig/ und Dieterich von Rheinking der Rechten Doctorn, in Krafft ihrer fürgebrachten ſchrifftlichen Gewalt/ von ſolcher Regalien und Lehen wegen/ gewöhnliche Gelübd und Aid gethan/ Uns/ als itzt regierenden Römiſchē Käyßer/ darvon getreu/ gehorſam/ und gewärtig zu ſeyn/ für ihren natürlichen Herrn zu halten/ zu dienen und zu thun/ als Fürſten des H. Reichs- und Land-Graffen zu Heſſen ꝛc. einem Römiſchen Käyſer von Rechts wegen zu thun/ pflichtig ſeynd. quæ ſunt verba *literarum Inveſtit. à Divo* Ferdinando II. *Cæſ. Aug. Anno 1628.* D. VVilhelmo & D. Georgio *Haſſ. Principibus Sereniſſ. omnib. glor. mem. conceſſarum. Subditus* verò *perſonæ* ſuæ ejuſque *domicilii* ratione; adeòque *vaſallus* in *concreto* tantùm; *ſubditus* etiam in

abſtra-

abſtracto obligatus ſit. Gail. *de pignor. obſ. 15. n. 3. ſeqq. & c. 7. de arreſt. n. 10. ſeq.* Roſenth. *c. 2. quaſt. 64. n. 4. ſeq. & lit. C.* Vultej. *1. F. 6. n. 5. 7. ſeq.* Matth. Steph. *lib. 2. de jdict. p. 1. c. 7. n. 183. ſeq. n. 209. ſeq. 224. ſeqq. operosè* D. Vict. *de exempl. c. 22. add. c. 36.* D. Struv. *c. 8. a. 6. n. 9. & c. 11. a. 2. pluresq; alii ab his nomin.* Qui omnes propensâ ſollicitudine, *ſup. §. 2.* laugatâ diſcernunt *aliudq;* inculcant *eſſe vaſallum, aliud, eſſe ſubditũ*; proindeq; nec ex *vaſallagio* ad *ſubjectionẽ*, nec ex *dominio directo* ad *ſuperioritatem* rectè inferri, & faciunt eam in rem textus in *II. F. 5. ibi:* ideò jurat fidelitatem, non quòd *habeat feudum*, ſed quia *ſub jurisdictione* ſit ejus, cui jurat &c. *Pacif. Oſnabr. art. 5. §. 14. in verb.* à ſola *qualitate feudali* vel *ſubfeudali*, ſive à regno Bohem. &c. procedant, *jus reformandi* (ad *territorii* & *ſuperioritatis* jura revocatum in *d. art. 5. §. 12. pr.*) non dependet. &c. *ad quem §. 14. confer.* Frider. Mind. *1. proceſſ. c. 32.* Sicuti autem complura alia, eademque in magni momenti controverſiis magnum momentum habitura, indidem eliciunt conficiuntque: v. g. poſſe quem alterius Status *vaſallum* eſſe hactenuſque Imperium *mediatè* cognoſcere, & tamen, ratione ſcil. *perſonæ, immediatè* ſub Imperio ejuſque *Statum* eſſe. R. A. *de Anno. 1548. §.* nach dem auch in der. & *. §. ſeqq. ſup. c. 8. §. 13. c. 9. §. 6. & ſeq. §. 18. ſeq.* Limn. *1. j. publ. c. 7. n. 99. ibiq; addit.* Schrader. *p. 10. ſect. 1. n. 51. ſeqq.* Sixtin. *c. 4. de regal. n 59. 66. ſeqq.* C. P. Giſſ. *1. D. 6. c. 10. A. & vol. 2. D. 12. c. 9. lit. A.* Nolden. *c. 17. de nobil. n. 44. ſeqq.* Bruning. *de homag. n. 300.* D. Myler. *c. 11. de Stat. Imp. n. 9. & ſeqq. & omnium latiſſ.* Victor. *d. tr. c. 22. ſeqq.*

Ita & multæ aliæ *ſubditorum* ac *vaſallorum* differentiæ afferuntur, de quib. Bald. *1. conſil. 327. n. 7. ſeq.* Victor. *d. c. 22.* M. Steph. *d. c. 7. n. 221. 230. ſeqq.* interque eas hæc è

Digitized by Google

præcipuis, quòd *ſubditi* fortiùs ac ſtrictiùs obligentur, quàm vaſalli. Cujac. *II. F. 7.* Roſenth. *c. 5. q. 78. n. 5. & c. 6. q. 85. n. 7.* Steph. *d. c. 7. n. 237. &c.* Sed dubitat idem *jam laud. Roſenthalius*, JCtus ſanè gravis & cordatus, cujus in *c. 10. q. 15.* verba digna noſtrò judiciô ſunt, quæ vaſalli legant omnes ſerióque meditentur. Certè licèt aliquando dixerim, *inquit*, jusjurandum *fidelitatis* non tam arctè obligare *vaſallum*, quàm *ſubjectionis ſubditum*; tamen ubi conſidero textus *in c. 1. Qualiter vaſall. jurar. deb. cum duob. capitib. ſeqq.* & *quàm ſtrictè, quàm arctè, quam fortiter & ſeverè fidelitas adſtringat vaſallum*, obſtupeſco: monitosq; cujuſcunque ordinis homines velim, qui vel *vinculô vaſallagii* tenentur, vel ſe illô ligare volunt, ut ſecum expendant, & memoria crebrò reputent, quàm ſit periculoſum, & quàm citò humana fragilitas in perjurium, & ſic abjurationem auxilii divini, id eſt, ſalutis æternæ &c. incidere, & omnibus Dei beneficiis elabi poſſit, ut nihil temerè agant. Video *aliquid* in ea contineri, *quod ſubjectionis fides non requirit*, ferè omnia nihilominus eam complecti, quæ ſubditus Domino præſtat, exceptô quod extra cauſas feudales vaſall⁹ domino non tenetur obedire: &c. *hactenus* Roſenthalius. *jung. inf. c. ſeq. §.*

§. 14. Sed quid ſi *Mævius*, Illuſtris Imperii *vaſallus immediatus* & Status, prædia acquirat in *Titii* quidem *Marchionis* territorio ſita, ſed à *Cajo Land-Gravio* in *feudum* ſibi conceſſa; num *Mævius*, iſtorum prædiorum nomine uti *Caji* vaſallus, ita & *Titii* erit ſubditus?

Referre videtur, in d. *prædiis*, adeòque in territorio Titii, *domicilium* fixerit *Mævius*, nec ne.

Priori caſu, *Mævius*, ſecundum *ante dicta*, *Titii* eva-

deret

deret *ſubditus* & ad *ſubjectionis* homagium teneretur, niſi fortè prædia eſſent *exemtá* ſeu tantùm *in*, non autem *de* territorio *Titii*, in/aber nicht unter des *Titii* Obrigkeit. Bidembach. *quæ. nobil. 1. n. 16. ſeq.* Rüdinger. *3. obſ. 10.* Vietor. *d. diſſ. c. 27.* C.P. Giff. *D. 6. c. 12. lit. 1. vol. 1.* D. Unraht. *c. 3. de jdict. eccl. n. 89. ſeq.* Sed annon obſtabit qualitas ſ. dignitas *Status*, qua ſcil. *eminens Mævius* eſſe *ſubditus mediatus* fierivé nequeat? obſtabit utique, ex egregiorum JCtorum ſententiâ, ſtatus *axioma* hîc prævalere, & in *ſubditos mediatos* non cadere exiſtimantium. *Vid.* Vietor. *d. diſſ. c. 30. & præced.* D. Reink. *lib. 1. de R.S. & E. cl. 4. c. 1. n. 49. ſeqq.* quorum argumenta tanti viſa ſunt D. Limnæo, ut cùm *lib. 1. jur. publ. c. 7. n. 99.* ſcripſiſſet, *non omnes Imperii Status protinus eſſe immediatos*; eâ autem re *inſignis erroris* poſtulatus fuiſſet *in C.P. d. D. 6. c. 3. E.* poſtmodum in *addit. poſter. d. l.* ſi non mutaverit ſententiam, proteſtatus tamen ſit, verbô, *immediatos*, quô uſus erat in *d. n. 99.* non *ſubditos* ſed *vaſallos* ſe intellexiſſe, adeòq;, quòd *dignitas Status in mediatos ſubditos non cadat*, & ipſummet arbitrari. Ne autem *Titio*, utpote *territorii domino*, hæc res, (uti proculdubio non debet, *arg.* R.A. *de Anno 1548. §.* wiewohl auch in der. *verb.* auch nicht anders den mit *&c.* item: das würde den Fürſten *&c.*) fraudi ſit, dicendum videtur, *prædia* illa ſub *Titii* juriſdictione territoriali permanſura quidem, *Mævium* verò verum ejuſdem *ſubditum* non fieri. Facit *Capitulatio* Auguſtiſſ. Imp. noſtri D. Leopoldi *art. 44. ibi:* und die ihme zugehörige / und in ſolchen Landen gelegene Güter / einen als den andern Weg unter voriger Landes-Fürſtlr. *Juriſdiction* verbleiben. C.P. *d. D. 6. c. 10. lit. A. in fin.* add. R.A. *de Anno 1548. d. §. & §.* auch der Graffen. *verſ.*

verſ. aber der Pfandſchafften Gail. *de pignor. obſ.8.n.7.* Sed quid ſi in Marchionatu *Titiano*, uti multis aliis in locis, *poſt* Weſemb. Maul. *& al.* Victor. *d.diſſ.c.29.* Reinking. *d.lib.1.cl.5.c.4.n.32.ſeqq.* mos obtineret,(nam juris communis id eſſe,ceu multi autumant, *vid.* Roſenth. *c.6.q.85.n.8.& ſeq.* Acta Ortenburg. *f.526.* Vult. *1.F.6.n.5.* Reink. *d.l. ibiq; in addit. poſt n.35.* D.Myler. *c.38.de Stat. Imp. n.6.* non temerè dixerimus.) ut prædiorum *ibi* exiſtentium poſſeſſor,quamvis ea nequidem inhabitet, ipſe juramentum præſtare teneatur? reſpondebunt plerique, non *perſonale* futurum iſtud homagium, ſed *reale* duntaxat, quô *abſoluta ſubjectionis perſon. qualitas*, fundari haud poſſit. Reinking. *d.c.4.n.36.* Vict. *d.c.29.* VVehner. *mox cit. loc. d.* Act. Ortenb. *f.113.* D.Myler. *c.37. de Stat. Imp. n. 11. c. 38. n. 6.* quoniam *bonorum poſſeſſio* ſubditum non magis faciat,quàm negotii alicujus liciti vel illiciti geſtio; utcunque tàm hæc quàm illa ad *fori competentiam* inducendam ſufficiat. Gail. *de pignor. obſ.15.n.5.ſeq. de arreſt. c. 6.n.8.ſeq. & lib.2. obſ.36.n.14.ſeq.* Beſold. *Theſ. pract. lit. H. n.70.* Roſenth. *d.q.85.n.9. & c.5.q.69. lit. H.* VVehner. *obſ. pr. v.* Landes-Huldig. *& v.* ohne Mittel *&c. & alii ſuprà cit.*

§. 15. Sed hæ difficultates omnes ceſſarent, ſi cum Gail. *d.c.6.n.10.ſeq.* VVehner. *dd. voc.* aliisque adductis (quos inter ſunt tamen,qui in terminis diverſis, nempe de immediatis *non-Statibus* loquuntur: de quib. *infrà*) à D.Richter *in tr. de ſignif. adverb. lit. 1. n.8.* concedere liceret,quòd dentur in Imperio *Status*, qui ſimul aliorum Statuum *ſubditi* &, quomodo vocat Gailius, *municipales*, Unterthanen/ Land-Saſſen/ ſint. quam opinionem, *ſuperiori aſſertioni* directè contrariam, diſertè probant quoque

que Dn. Struv. & J.C. Schindler. *in Diſp. de Charact. Stat. Imp. aph. 12.* imprimis autem D. Richter. *d. n. 8.* mordicus defendit, & allatam *homagii* diſtinctionem in *reale* & *perſonale* peſſimè excipit, *planè inſulſam* vocans, *abſurdam, vanam, inſolitam, minimè fundatam & in illis provinciis inauditam &c.* Conſul. pro ead. ſententia Advoc. Bavar. *in Act. Ortenb. p. 208. ſeq. ap.* Beſold. *d. n. 70.* Fürſtl. Heſſ. *Deduct. cont.* Waldeck. *art. 2164. & ſeq.* latè Knipſchild. *lib. 1. de j. civ. Imp. c. 3. n. 17. ſeqq.* Generoſ. Dn. à Seckendorff. *p. 1.* Teutſch-Fürſten-St. *c. 4. §. 2. verſ.* die Graffen und Herrn. Burgold. *ad Pacif. Oſnabr. Diſc. 23. n. 3.*

Quicquid vero de *auctoritate* ſit, *juri* nihilominus & rationi iſthanc opinionem repugnare contendunt *ſup. §. 14.* in contrarium *allegati Dd.* imò *duo inconvenientia abſurdiſſima* ex ea deducit Advoc. Ortenburg. *in d. Act. fol. 113.* ap. Beſold. *d. l. verſ.* Sonſt wann ein jeder. & facile collectu eſt, ſcribit D. Ericus Maurit. *in exercit. de matric. Imp. n. 20.* fieri non poſſe, ut quis *ſeſſionem* & *votum in Comitiis* habeat, ubi de iis, quæ ſpectant ad ſumma Reipubl. jura deliberatur, qui Status alicujus *ſubditus*, vel, quod idem eſt, *mediatus* ſit, & *neceſſarium* adeò *conſequens* vel concomitans *juris ſuffragii* eſt iſta, ut ita loquamur, *immedietas, hæc illa.* Quæ ratio cũ non æq; obtineat in *immediatis non-Statibus*, per eam quidẽ non ſtare apparet, quominùs inter *Gailium* ejusque aſſeclas, modò ipſi temperari ſententiam ſuam & ad *ejuſmodi Immediatos* reſtringi ſinant, & *cæteros* amicè conveniat. Quin horum non pauci largiuntur ultro, *immediatam ſubjectionem*, ſed *Status qualitate* carentem, *cum mediata* poſſe conſiſtere. D. Reinking. *lib. 1. cl. 5. c. 4. n. 36. & c. 10. n. 31. ſeq.* nec obſcurè probat D. Schütz. *in C. P. Giſſ. d. D. 6. c. 10. A.* add. Mager.

 de

Digitized by Google

Steure &c. viel weniger mit Lands-Fürſtlicher od' Gericht-licher Obrigkeit verpflichtet oder verbunden &c. auch ihre Güter und Unterthanen/wo dieſelbe im Reich gelegen ſeind/ &c. zu Lehen/ſamt den Fürſtlichen regalien, von ihrer Kayſ-ſer. Maj. iederzeit empfangen und erkandt worden. confer. Mar. in. Mager. *c.9.n.096.* ubi potentiſſ. Domui Auſtriacæ in Epiſcopos Brix. Trident. & Monaſter. Murbach. nullum niſi protectionis jus tribuit.

§. 16. Et quid ſi ex provinciæ *Statuto*, quale in Bavaria eſſe ferunt, validumque pronunciant, *Vid.* Gail. *d.c.6.n.10.* Knipſchild. *1. de I. Civ. Imp. c.12.n.110.* Beſold. *th.pr.lit.H.d.n.70.& de jurisd.c.18.* nemo in ea quicquam poſſidere poſſet, niſi cum onere *Subjectionis*, der Land-Saſſerey? Fortè quis diceret, publici juris morisque potiorem, quàm *Statutorum* ejuſmodi, fucturam rationem. aut ſaltem excipiendos eſſe à *regula* poſſeſſores, qui *Status* Imperii ſunt.

Nos nihil temerè definimus, in controverſia æquè (*vid.* Dub. Cam. *12.ibiq.* Reſol. *n.11.& ſeq.* R.A. *de Anno 1594.§.57.& de Anno 1600.§.145.* Rodinus. *1. Pand. Cam. 11.q.33.*) difficili ac ardua. haud tamē diſſimulam⁹, *abſurda inconvenientia*, quæ Advoc Ortenb. vocat & objicit, non minùs *immediatos non-Stat⁹*, ſed quos ſimul *mediatos* eſſe poſſe ſup patuit, quā *Stat⁹* ferire. Ceu quoq; *D. Maur.* collectio, §. *præced.* allata, vaſallos *mediatos* pari virtute ac *ſubditos*, à publicis deliberationibus ſ. *comitiis*, arcere videtur. nec mutat, quod in *vaſalli* juramento & obligatione *Imperator* ſemper excipiatur. *II.F.7.& 55.in fin.* nam eadē exceptio & *ſubditorū* homagiis ineſt. R.A. *de An.1555.§.* und ſollen die jenige. *Et* fac, cætera *arctiorem* eſſe ſubditi quàm vaſalli *obligationem*; de quo *ſup.§.13.* num ergo talis mon-

ſtrari poterit tantaque *arctitudo*, quæ tale tantumq; hac in re diſcrimen *vaſallos* inter & *ſubditos*, utroſque *mediatos*, operari valeat, ut *principis Civium Imp. juris* capaces *illi* quidem ſint, *hi* verò minimè gentium. &c.

§. 17. Hoc poſtremò addimus, quot modis ac figuris jus, *poteſtas* ſ. *jurisdictio*, cujus vi intuituque exigitur *homagium*, totidem quoque *homagium* ſeu eô contentam *obligationem* variare; nec poſſe non inde & *ſubjectum* utriuſque tàm *juris* quàm *obligationis* itidem variè affici. Uti ergo multis modis interſe differunt *majeſtas*; *ſuperioritas territorialis*; poteſtas *jubendi*, *jurisdicundi* & *judicandi*; ejusdemque variæ iterum *particulæ* ſeu ſpecies; & cuncta hæc prout jam *dominii*, ſeu *pleni* ſeu minùs pleni, *directi*, *utilis*; jam alterius juris, v. g. *adminiſtrationis*, *pignoris* vi competunt; jam *præſentia* ſeu in actu ſecundo, jam *futura* ſeu in actu primo exiſtunt; *jus protegendi* ſeu advocatiæ armatæ &c. ita & quæ omnibus iis ac ſingulos, in ſubjectis ſeu *obnoxiis*, reſpondent *obligationes*, die Land-Erb-Vogtey-Lehn-Pfand-*interims-adminiſtrations-eventual*-gemäßigte Huldigung / *item* Erb-Lehen-Bürger-Dienſt-Pflichte / *&c.* ipſosque *illos*, neceſſum eſt, in multiplici eſſe differentia. Nihilominus ut vulgò invaluit, unô *res diverſiſſimas*, *obligationes* quidem generali *homagii*, *obnoxios* autem *ſubditorum* nomine tantùm non omnes appellari: exin paulatim, credibile eſt, factum eſſe, ut iſta *nominis*, & *rerum* communionem ſeu confuſionem, quemadmodum ſolet, pepererit induxeritvé. Saltem, ad *vaſallos*, *clientes*, *homines proprios*, *jurisdictioni* ſeu *juri* cuidam *particulari* obnoxios, *forenſes* &c. diuturnô uſu an abuſu quomodo porrectum ſit *ſubditorum* vocabulum, Germ. Unterthanen / Mannen / Schutz-Unterthanen / unter & Hinterſaſſen / &c. Nold. *c. 17. d. Nobil. n. 84. & 89.* Bruning. *c. 1. de homag. n. 9. ſeq.* Mager. *c. 10.*

Digitized by Google

d.tr.n.136.ſeq. Ritter.*c.1. de homag.n.29.* qui perpenderit, haud mirabitur, *ſubditos* non tantum nominari, ſed à multis quoq; haberi & eos, qui *territoriali ſuperioritati* alterius non quidẽ quoad *perſonam* ſed quoad *res* nonnullas ſubſunt, harumque *ratione*, quouſque ea pertingit, *obligatos* ſe profitentur.

Paucis diſtinctiuſq; eloquar quod ſentio. quomodo, jura *regalia* in *alieno territorio* obtinens & exercens, à *Domino* atque ea ipſa jura à *ſuperioritate territoriali* diſtant; diſtant autem tanquam *partes* à *toto* ſ. res *ſingula ab univerſitate ſc. praced. §.9.* eôdem *Status* Imperii in *alieno* territorio *bona* poſſidens à *ſubdito territoriali*, h.e. vero ac pleno, & *illius* ſubjectio ſ. obligatio à *ſubjectione* & *homagio territoriali*, diſtare videtur. ſiquidem *ſubjectio* & *ſubditus territorialis* correlata ſunt *ſuperioritatis* & *domini territorialis*. id quod innuunt quoque vulg. Noſtrorum verba: *jurisdictio territorialis ſecum ducit homagium*, propriè ſc. dictum; die Landes Ober- und Herrligkeit bringt die Huldigung mit ſich. *hoc in ſuperioritate radicari* niſique *ejus vi non exigi*, *& eſſe ejus infallibile ſignum &c.* vid. *poſt al.* Ritter. *de homag.c.3. n.48. & c.4.n.61.* D. Myler. *de Statib. Imp. c.38.n.1.* Vnde etiam, ſicuti *ſuperioritas territorialis* eſt totum ex variis *poteſtatibus*, juris intellectu, unitum adeoq; *univerſitas* quædam; ita & *homagium* habetur pro *actu univerſali* jurisdictionis ſub quo de neceſſitate *omnes alii* continentur: ceu benè expreſſit Advocatus Ortenburg. *in act. ſup. cit. f.32.* his verbis laudatus à D. Myler. *d.c.n.15.* Quod ſi ergo *ſubditum* intelligimus *territoriali* iſtâ ſeu *univerſali* ſubjectione, quæ *ſuperioritati territor.* reſpondet, devinctum & cui *in omnibus* & *per omnia* imperari poteſt, uti cum aliis loquitur D. Myler. *d.c. 38.n.14. & 10.* eo in ſenſu non video, quî *poſſeſſor*, quo de loquimur, *ſubditus* dici haberique, aut ejus generis *homagiô* onerari jure queat. non aliter ferè ac *dominus territorii* eſſe aut *ſuperiotatem territorialem* habere negatur, qui licèt *regalia*

quædam ſ. *ſuperioritatis jura* v.g. vectigalis, conducendi, meri vel mixti imperiis collectarum &c. in *territorio alieno* ſibi quæſivit. V. Sixtin. *1. de regal. c. 4. n. 82. & 85.* Vict. *de Exempt. c. 34.* Knipſ. *lib. 1. d. tr. c. 3. n. 44. ſeqq. & Dd. comm.*

Si verò *Subditi* vocabulum accipimus *latius*, ut & eum denotet, qui ad *particulares* nonnullas functiones & ſubjectionis onera, *bonorum* in *alieno diſtrictu* ſitorũ poſſeſſionem aut inhabitationem reſpicientia ſeu conſequentia, *realia* vulgò nuncupant, (& in locis, ubi *Landſaſſiatus plenè* viget, hæc ferè ſunt, recenſente Gener. D. Seckendorfio, daß ſie/die *poſſeſſores*, an ſolchen ihren vollkomlich Landſäſſigen Herꝛſchafften/ Gütern/ und auff deren Bezirck und Unterthanen/ dem Landes-Fürſten das *Territorium* geſtehen/mit Steuer/Folge/*appellatione, viſitatione Epiſcopali*, und dergleichen juribus: daß ſie ſich auch nicht weigern/ihrer *adminiſtration* halben/an denſelben Orten für dem Landes-Fürſten Rechenſchafft zu geben/ auch ſo fern *perſonaliter* vor Ihme zu ſtehen/ wo die nemlich in ſolchen Herꝛſchafften *contrahiren* oder *delinquiren*: *in addit. §. 14.* verùm talis *Poſſeſſorum* conditio ab *univerſali ſ. territor. ſubjectione* parùm aberit:) tantummodò obſtrictus ſit: *poſſeſſor* quoque hact. *ſubditus* eſſe diciqúe, nec non *homagium*, quod *reale* vocant, *ſup. §. 14.* latè Ritter. *de homag. c. 40. ſeq. 141. n. 100. ſeq.* præſtare poſſe videtur, *Iure Status* manente ſalvô. Et ſolent, ſignandæ differentiæ ergò, ſubditum *non-naturalem, particularem, ſecundùm quid, certa cauſa &c.* appellitare: cujus & *vaſalli* in eo ſimilitudo eſt, quòd & hunc *bonorum*, nempe feudi, ratione, *ſubditum* non malè dici *ſup. alleg.* Vietor. Nold. Ritter. Roſenth. *c. 5. q. 69. H. c. 11. q. 14. n. 2.* aliiqúe concedunt. Poſſes *realem* quoque *ſubditum*, uti homagium *reale*, vocare; cùm hu-

jus

Digitized by Google

jus qualitas ſeu *forma* formet conditionem ejus, qui *homagium* præſtat, quale *homagium*, talis *ſubditus*: & de *homagio territor.* ſ. pleno ajunt: Auß der Landes Huldigung entſpringet die Landſäſſerey und ein Landſaß. De cœtero à, & rei veritate inſpectâ, *homagia realia*, nedum ſubditū, nulla agnoſcimus. Cuncta enim *obligationibus* ad *obſequendum* conſtant, quæ *juri in perſonam, non ad rem vel in re*, reſpondere certum eſt. Deniq; repeteremus hîc, & urgerem⁹, quòd verba ex *Capit. Leopold. art. 44. ſup.* §. recitata, quibus verè conſonat *art. 22. Concept. Capitul. pp. ibi:* uñ die ihme untergebene Güter einen alß den andern Weg unter voriger Landes Fürſtl. Obrigkeit bleiben; quaſi *in rē ſcripta* ſunt, *perſonæ* omiſsâ mentione; niſi hanc, generalitas *verborum praced.* Dergleichē höhern Standes Ertheilung dem *juri territoriali* nit nachtheilig ſeyn/ includere videretur.

§. 17. De reliquis ad *formam* *noneſſent*. ſpectantib. referrivè ſuetis, alii conſuli poterunt. Nos properam⁹ ad *doctrinam de Effectu feudi*, quæ quid. ex hactenus diſputatis multum jam lucis accepit.

CAP. XII.

§. I.

E*ffectus* a. vel *primi* ſunt, vel *orti*. *Primos*, tā ex parte *vaſalli*, quam *Senioris*, *in cap præced.* §. 4. *& ſeq.* jam indicavimus. Nimirum *jura & realia & perſonalia*, feudi nomine, *utrique* competentia.

§. 2. Et *Senior* quidem habet in *perſonam vaſalli*. I. poteſtatem jubendi, jurisdicundi & judicandi. II. F. 14. *& 55.* §. 2. *in fin. c. 5. x. de judic. c. 6. x. de foro compet.* quæ poteſtas vaſalli quidem caput & *perſonā obſtringit* ad *obedientiā* aut, ſi contumax fuerit, ad pœnam; II. *F. 23 ibi: quam humiliter, quàm devotè &c.* II. *F. 22. rubr. & nigr. latè* Roſenth. *c. 10. d. 25. & 26.* ſed locum non habet exercerique nequit niſi in actionibus ac *cauſis feudalibus* h. e. *feu-*

dum

dum conſtitutum ejusque *jura*, hactenus expoſita & porrò exponenda, concernentibus. II. *F 20. latè* Roſenth. *c.12. q.1. & ſeq.* D.Struv. *c. 16. a 5. & 7.* modò Dominum unà lis non attineat, tunc enim ad *Pares curiæ* ſpectat cognitio. II. *F.16.39.§.1.46.ſub fin.55.d.§.2.* Roſenth. *d c.12.&c.*

Præterea in hoc quoque notanter *limitata* eſt illa Domini Pariumque *poteſtas*, quòd *jus vitæ & necis*, Friderico Horn. *lib. de Civ.2.n.3.& 12.anima imperiorum* dictum, non complectitur; ſed quamvis atrociſſimò ſcelere côque, quod aliàs *in perduellionem* (nam in *Dominum* quà talem id criminis committere vaſallus nequit; *clem.2.verſ.denique.verſ.rurſus.de ſent. & re jud. ſup.c.6.§.8.* Roſenth. *c 5.q.69.c.11.q.13.& 14.* A.Matth. *ad lib.48.ff.tit.2.c.1. n.*10.*&c.*) incideret, vaſallus Dominum læſerit, gravior tamen quàm *feudi amiſſionis* pœna dictari per ſententiam atque infligi nequeat. *d.clem.2.II.F.23.& 24.§.ult.Ord.Pac.publ.* Imp. *tit.* Die Pœn der Friedbrecher. Atque hinc etiam eluceſcit, quàm præcisè ad *res feudales* reſtricta ſenioris *poteſtas*, nec ultra eas teneatur vaſallus; ſed *reb feudalibus* dimiſſis, non ſecus ac in *noxali actione* obtinet *§.1.de Nox.act.* reatus & obligatio ejus, quantum quidem ad *Dominum*, omnis extinguatur. Eſt tn. caſus, quo, dimiſsô licet feudô, qualecunque in vaſallo durat vinculum.

§. 3. *Jubendi* quoque *poteſtas* quædam Seniori competit, utut res ipſum concernat; & quidem 1. ut vaſallus *renovationem inveſtituræ* ſolenniter petat & *homagium vaſall.* præſtet. quamvis hæc vaſallus ultrò & injuſſus facere debeat, niſi jure ſuo excidere malit. *II. F.3. 24.32.40 52.55.* 2. ut *inveſtituræ inſtrumentum* Domino edat. 3. *res feudal.* cum finib. & appendicib. oſtendat & deſignet. V. Roſenth. *c.8.7.32.& ſeq.c.10.q.32.* 4. ne feudum *deterius* reddat aut in *ſubditos* feud. *ſæviat.* Roſenth. *d c.10.q.33.* 5. ut in *fundo feud.* permittat Domino, quod ei prodeſt & vaſallo non nocet. *Vid.* Piſtor. *3.q.25.* 6. ut *ſervitia* præſtet; ut & cætera, ad quæ juris, moris vel cóventionis vi tenetur. *II. F.3.ſeqq. 26.28.37.54.&c.*

Sed hîc filum abrumpere nos *jubet*, cùm feſtinus *Typographi* abitus ad nundinas FFurt. tùm var. negotiorum moles. quod autem ita deſerere negotium cogimur, poſthac B.C.D. utiliter exequamur & conſummemus, operam ſedulò dabimus S.D.G.

FINIS.

ANT 1319087

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

I 34.

Digitized by Google

XX
C25